Dissertationum Germanicarum

Tom. I.

De Iure Publico ___

Pars. III.

Elenchus Auctorum

DISSERTATIO JURIDICA
DE
CAUSIS HONORUM

Von Ehren-Fällen/

QUAM
PRAESIDE
PETRO MULLERO
JCto ET PROF.
AD D. SEPTEMBR. MDCLXXIX.
VENTILANDAM EXHIBET
DAVID HETZER,
WEIDA VARISCUS.

VITEMBERGAE
RECUSA CIↃ IↃCC XXXXVII.






CUM DEO!

DISSERTATIO
DE
CAUSIS HONORUM

SECTIO I.
DE
FAVORE CAUSARUM HONORIS
IN GENERE

Thes. *I.*



aufa honoris magna & favorabilis eſt. Ubi enim honor non eſt: ibi contemptus, ibi frequens injuria, ibi & indignatio: ubi indignatio: ibi quies nulla. Ubi quies non eſt, ibi mens a propoſito ſaepe dejicitur, ubi autem per inquietudinem aliquid aufertur ex ſtudio, minus fit ab eo: quod tollitur, quod minus eſt, perfectum dici non poteſt, ait Hieronimus *in epiſt.* & ſumus natura ſtudi-

studiosissimi appetentissimique honestatis, cujus si quasi lumen aliquod aspexerimus, nihil est, quod, ut eo potiamur, non parati simus & ferre, & perpeti Cicer. *2. Tusc.* magnique fiunt animi magnis honoribus Livius *decad. 1. lib. 6.* Contra vero contemptio boni nominis vitium est, cum imprudentia & insania quadam conjunctum Plutarch. *in Alcibiad.*

Thes. II.

Hinc variæ de honore efferuntur sententiæ, ut dixerit Philosophorum quidam: quod honor sit bonorum largitio propter virtutis officium, æstimatio ac dignitas virtute acquisita figura venerationis, conservatio dignitatis. Alii: quod honor sit præmium virtutis tribuum a congruente ejus judice viro bono, ut ejus virtus refulgeat, cæterique ejus exemplo ad virtutem inviten-tur. Piccol. *grad. 8. c. 24.* ut dubium plane, nullum sit homini Christiano licere honores appetere politicos & impetratos gerere, ipso fatente Petro *1. epist. c. 2. v. 17.*

Thes. III.

Neque obstat, quod honores potestates hominum animos ad fastum extollant ac corrumpant, & dicto Salviani: Pedissequa plerumque novi honoris arrogantia, & difficilium sit, ut gradus honoris tumorem non pariat in animo imprudentis. Id enim quod per accidens fit, non confundendum cum eo quod per se est. Ac quod

plurimi

plurimi circa honores peccent, non eſt ex honoris natura & effectu, ſed ex vitio perſonæ, cui eſt collatus, adhærente. Interim nemini vertendum eſt vitio, ſi honorem acquirat, legitimeque quæſitum debito modo defendat.

Theſ. IV.

Cauſæ autem honorum tam inter vivos, quam poſt fata, modo in converſatione civili, modo in titulis, modo in locis, modo in aliis obviam veniunt ac attenduntur conſiderantur que velut nil cedendum, vel aliquid remittendum, vel alteri quid tribuendum eſt, de quibus ſi non ſingulis, nonnullis tamen in præſenti ſumus acturi.

Theſ. V.

Vocabulum cauſæ æquivocum eſſe ex Martino *in Lexico Philolog. ſub vocab. aul.* conſtat; Nos hoc loco *cauſam* accipimus pro negotio vel re quæ in quæſtionem venit, ac idem eſt ac ſi germani dicunt Ehrenhandel/ Ehren Sache/ Ehrenfälle. Honoris verbum unde deſcendat, ac quotupliciter accipiatur, vid. diſſertatio D. Præſid. quam anno 1657. in hac Salana habuit, cujus titulus eſt: *Templum Honoris th. 3. & ſeqq.*

Theſ. VI.

Cauſæ honorum ſunt, *quibus honor cuivis debitus exhibetur, nosque a iis teſtificamur noſtram opinionem de alterius excellentia, cum quadam ſubmiſſion: v. honorem nobis debitum ab aliis exigimus vel diſcrimina facimus perſonarum in vita communi ſecundum exiſtimationem & ſtatum.*

SECTIO II.

DE CONVERSATIONE QUÆ FIT HONORIS CAUSA.

Thes. I.

Quamvis ſtudio Sapientiæ & pietatis cauſaque contemplationis ſolitudinem amantes converſationem abominari videantur, imo graves viri, quo rarius in publico conſpiciantur, authoritatem ſibi quæri exiſtimant: Et ideo Perſona Regis apud Perſas occulebatur teſte Juſtin. *l. cap. 9 §. 11.* Major enim ex longinquo reverentia eſt, inquit Tacitus *lib. 1. Annal. cap. 47. §. 3.* ut feſtive Fridericus Lingelsheim, cum ipſi ſolitudo a quodam objiceretur, dixerit: *vaccas plurumque & oves gregatim paſcere; Aquilam vero ſolum in aere verſari*, Zincgref *apoph. part. 1. p. 300.* Non tamen omem vitare ejurareve convenit converſationem. Ea nonnunquam honoris cauſa ſuſcipienda eſt; Exemplo Periclis Athenienſis, qui licet admodum ab hominum converſatione abhorreret, & amicorum etiam convivia fugeret, apud Euryptolemum tamen nuptiali convivio intreſſe voluit, ut nuptias mirum in modum probare videretur. Plutarch. *in Pericle.*

Thes. II.

Quid; *Si quis in convivio vel alibi, ubi honoris cauſa vel neceſſitate officii verſatur, inveniat aliquem, qui injurias*

gravi-

graviores adversus ipsum evomuerit, num cum injuriante citra injuriarum remissionem conversari possit? Notum quidem est, quod crimen injuriarum cum furto & falso, quantum ad gravitatem delicti, pugnare quodque æque atrox esse videatur, tantoque atrocius, quanto gravior solet esse viris honestis jactura honoris & existimationis, quam non bonis, sed & vitæ & valetudini præferunt, ut loquitur D. Augustus Elect. Saxon. *p. 4. c. 42.* Hæc cum læditur verbis injuriosis, non minius atque furto patrimonium (unde vulgo iujurians *fur bonori* ein Ehren-dieb appellitari solet) politico sane homini ignominiesum est, inultam relinquere injuriam, quocunque etiam modo fuerit illata. At potest quis beneficio pro se introducto vel tacite renunciare, in vito enim non datur beneficium *l. 75. ff. d. R. J.* Hinc injura perire solet *dissimulatione*, si quis injuriam illatam actibus aliquibus externis ostenderit injuriam illatam sibi non displicere, quales actus sunt amica cum injuriante conversatio, salutatio manus porrectio, lusus, visus & similes, Lindeman *excer. 81. Justin. ad. 141. d. injur. th. 49.* Siquidem dextrarum copulatio semper amicitiæ ac fidei pacisque symbolum habita fuit Joh. Andr. *inc. fundam. 17. d. Elect, in 6.* Camerar. *cent 1. oper. succiss. c. 35. & cen. 2. 46.* unde Seneca *in Herc. Fur. art. 2. sq.*

Sociemus animos, pignus hoc fidei cape,
Continge dextram quia truci vultu siles?

ita

ita ut postea ex pœnitentia remissam injuriam non possit recolere §. *fin. d. injur. l. 11. §. 1. ff. eod.* Verum distinguendum est inter conversationem quæ modu proprio, & eam quæ honoris causa fit, vel ex necessitate. De illa verum est, per actiones familiares remissam censeri injuriam, vid. Carpzov. *p. 4. const. 46. def. 2. prax. crim. prat. 7. qu. 97. n. 50.* Wesenb. *ad. ff. d. injur. n. 13.* Hanc vero quod attinet si quis salutet conviciatorem, osculetur vel edat & bibat cum illo, rancorem duntaxat ut DD. loquuntur & animi odium, non actionem injurarum remisisse intelligitur Harprecht *ad Inst. p. 2. disp. 18. th. 41.* Schneidevvin. *ad §. fin. Inst. d. injur. §. 3.* ibi: *Quod est verum* (sc. per dissimulationem remitti injuriam) *si hoc faciat motu proprio: secus, si ambo sint invitati ad convivium, & positi ad unam mensam, tunc enim non intelligitur memisisse injuriam, cum ex quadam honestatis necessitate hoc fecerit.* add. Wehner *consil. Francon 67.* n. 3. Iodoc. Damhouder *in pract. criminal. tit. 136. d. injur. circ. fin.* Ut proinde dicendum sit, injuriatum ex necessitate officii vel honoris causa cum injurante conversari, vel ex amore Christiano rancorem remittere posse ac bebere, salva injuriarum actione D. Richter *reg. 2. n. 70.* Solent quidem Aulici inter se diffidentes, simulare, & si forte princeps in orbem seu a primo ad ultimum bibere, ut loquitur Nobiliss. D. Simon *differtat. d. jur. poculor. cap. 5.* jusserit, pocula injurian-

riantis jure aulico, auf Hoffrecht / h. e. citra præjudicium actionis vel causæ injuriarum accipere, Sie trincken einander auff Hoffrecht zu / und nehmen den Trunck auf Hoffrecht an Gail. *de arrest. imper.* c. 14. n. 6. Wehn *in pract. observ. sub lit. H. verb.* Hoffrecht / Quem morem, ut ut ob fictam honestatis rationem quidam observandum censeant, improbitatis arguit Georg. Gumpelzhaim *d. exercit. academic. part. 5. n. 12. in fin.* ubi dicit: quod lites non debeant propagari ut vites, sed minui, nec tamen ita poculis minuantur. Alii majoris cautelæ ergo protestationem de non remittenda injuriarum actione adjiciunt, vel si cæptum sit judicium, ut civilitatis & honoris causa usurpati actus familiares nil præjudicent, quemadmodum Ampliss. Facultas Juridica in hac Salana anno 1610. mens. Febr. ad requisitionem Georgii Fleischhauers zu Mühlhausen respondit, vid. D. Richter, *centur. regul. reg. 2. n. 70.*

Thes. III.

Homines diversi sexus in civili societate nobis occurrentes nobis considerandi sunt. Quantum ad *fœminarum* coversationem attinet, meminerimus, inquit Guazz *d. civili conversat. dissert. 4.* omnem illius honorem & reverentiam deberi, & a Romulo edictum promulgatum fuisse, quo cautum, *ut viri primum fæminis locum concederent.* Quamvis autem quilibet laborem uni alicui

B fæmi-

fœminæ inserviendi, & in omnibus actionibus eam observandi suscipiat; nihilominus tamen & aliis quoque omnibus honoren & reverentiam exhibere, & harum etiam gratiam se appetere, cum verbis tum facto demonstrare non intermittet: cavens e contra, ne quid unquam vituperium & contemtum earum proferat, cum nihil sit, quod majore dedecore & infamia quempiam afficiat, quam illud. Guazz. *d. l. Q. Si pro more populi ac regionis unius vel alterius oscula soleant infigi honoris causa*, uti vocant, einen Ehrenkuß geben, *nec quis osculari velit fœminam, num hæc denegatio pro injuria accipi possit?* Affirmatur, quia ex denegatione hujus osculi inimicitiam probandi modus desumitur juxta Rober. Marantam *tr. d. ordin. judicior. part. 6. d. appellat. n. 48. vid.* D. Præses *in commentat. de Osculo sancto cap. 1.* Ubi itaque moris est, oscula honoris causa infigere, ei te conformes, ni rusticitatis metam incurrere velis; sicuti id Germano cuidam peregrinanti accidit. Cum enim, referente Rittershusio *d. Osculis sect. 16.* in diversorio *Marmandæ Petricorii* oppido, ad insigne Trium Regum, ubi plerique Germanorum *Burdigala Tolosam* petentes diverti solent, hospes ejusque universa familia osculi honorem nostris deferre soliti essent, Germanus quidam istius morum urbanitatis rudis atque expers, ancillam osculi figendi causa primum ad se, quem ex vestitus splendore sodalitii principem putabat, accedentem colaphis repulit, eam pulpamentum

quæ-

quærere autumans. Inde mos in fraudem ſympatriotarum eo venturorum obſolevit D. Præſes *in notu ad Caſa Galataum ſ. d. morum elegantia cap. 12.*

Theſ. IV.

Si in qræſentia hominum uxor in maritum delinquat, verba iracunda evomendo maritus corrigere uxorem etiam verberibus poteſt; tamen facit rectius honoris cauſa Ehrenhalber muſſitet ea cauſa corrigatque blanditiis mollibusque verbis atque martitali ſermone uti JCtus Papinianus *in l. ult. ff. ſi quis aliqu. teſtar. probib.* præſertim in levioribus delictis; ſi enim ad hæc delicta ſtatim fulmina & cuneos crepabit amburetur ſplendor nivei amoris, quatietur columen familiæ, & diſſipabitur flamma mutuæ concordiæ quibus familiæ vinculis disruptis, quid ſperandum amplius niſi proximus totius Oeconomiæ interitus Arnis *d. jure connub. c. 8. ſect. 4.* Pracat potius proprio honori Maritus; nam uti Virgilius *lib. 2. Æneid.* dicit.

- .. nullum memorabile nomen
Fœminea in pœna eſt, nec habet victoria laudem.

Theſ. V.

Conveniens quoque eſt, inquit Cuazzius *d. l.* linguam noſtram in laudandis fœminis, quibus cum verſamur, ſemper, nunquam vero vituperandis exercere; nec palam, nec irato, nec occulto nec confidenter. Sicuti igitur

 vitu-

vituperatio fœminas iracundia accendit, ita facile creditu est nullum esse instrumentum ad inflamandum eas amore accommodatius, quam laudes & merita ipsarum recitare. Q. *Si Chiromanticus ex lineis manuum v. g. cinculo veneris integro, rubicundo, duplicato, linea quoque lactea præsenti, profunda integro, rubicunda, & similibus, ex quibus lascivia colligitur; Item Physiognomus ex figura corporis vultusque, v. g. albumine puro, & candido, ex hirquis anterioribus grossis, carnosis, & rubicundis: Ex linea Veneris in Mercurii locum proclivi, & aliis non omnibus quidem obviis ut plurimum tamen infallibilibus signis consultus respondeat, quampiam esse lascivam, imo scortum, Num respondens possit actione injuriarum conveniri?* Respond. cum D. Rehtio *differt. d. Virginib. cap. 8.* negando *arg. l. 15. §. 13. ff. d. injur.* Chiromanticus enim vel Physiognomus non animo injuriandi sed artis suæ, quam profitetur exercendæ causa vaticinatus esse censetur, præsertim cum non sua sponte Chiromanticus vel physiognomus, sed requisitus & consultus atque ratione artis, quam profitetur, hoc responsi dederit. Prudentius tamen facit honoris causa remotis arbitris fœminæ talia referendo. Nam non omnia, prout in pectore habes, effutire licet. Illud Owen. *lib. 1. epigramm.* memori condendum est pectore:

Dissimula, simula quoties occasio poscit,
Moribus ut morem temporibusque geras.

Thes.

Thes. VI.

Q. *Num honoris causa mentir liceat?* Si mendacium alterius commodo, saluti & honori velificetur, affirmanda erit quæstio, modo cum fraude tertii, coram quo profertur, non sit conjunctum; Tale enim mendacium non nisi nomine tale est, ac coincidit cum mendaico officioso, quod juxta Lutherum *in comment. ad c. 12. Genes.* ideo vocatur, quia servitur non solum alterius commodo, qui aliqui injuriam aut vim passurus erat: sed etiam impeditur peccatum. Improprie igitur mendacium vocatur, potius est virtus & insignis prudentia, qua & furor Satanæ impeditur, & servitur honori, vitæ, commodis aliorum. Vocari igitur potest pia sollicitudo pro fratribus, vel, ut Paulus loquitur, Zelus pietatis, & Melanchton *in de fin. appel. p. 943.* Non nomino mendacia figuras, quibus ex probabili causa aliquid tegitur, quod non necesse est dici, ut Raab negat speculatores domi suæ esse. Tales figuræ nominatur *officiosa mendacia.* Idem *Tom. I. ep. p. 43.* Tales occultationes aut elusiones non a vanitate ortæ sed ut aliis prosint, non sunt peccata, nec racte vocantur mendacia, sed figuræ potius & officiosæ dissimulationes, sic & figuras voco apologos & poemata docendi causa composita, quæ ab aliis mendacia vocantur, cum revera sint officiosæ narrationes, quæ continent imagines & picturas, non ad nocen-

dum excogitatas, sed ut significatio sit illustrior. Dictum est: mendacium honoris alieni causa licitum esse, Quid? Numne mentientis causa prolatum est admittendum? Certo respectu adfirmatur, si v. g. insignem quis & grandem injuriam sibi suisque illatam, cum alia via non pateat, hoc falsiloquii medio non propulsat, Durrius *in combend. Theol. moral. cap. 19. th. 11.* Quando autem quis vellet honoris sui augendi causa se vocare *Doctorem*, *Nobilem. Comitem vel Principem*, tali mendacio crimin falsi committeret, eoque nomine puniretur. *l. 27. §. fin. ff. ad L. Cornel. de fals.*

Thes. VII.

Accidit utplurimum in Conviviis, ut Choreæ seu saltationes instituantur. Q. *Num viro gravi vel Clerico choreæ, quæ honoris causa fiunt* & vocari amant Ehrentänze *sint improbandæ?* Et quamvis multi viri pii saltationes valde improbarint, ita ut Reinhard Lorichus Hadamarus *de Instit. Princip. pag. 206.* scripserit: *Hic Ludus multorum dedecorum causa fuit. Sæpe ibi matrona diu servatum decus perdidit. Sæpe infelix virguncula didicit, quod melius ignorasset.* Imo homini Christiano ac gravi eo magis prohibitales esse, quia instituuntur ad carnis titillationem, & ridiculam gesticulationem, prout Cæsar Scaliger dixisse fertur: Se non vidisse majores ineptias in orbe, quam saltati-

tationes; cui quilibet adſtipularetur, hujus moris ignarus, quando mares ſimul & fœminas ad membranæ ſtrepitum & chordæ ſonitum videret manibus ſe invicem apprehendere, picarum & ſimiarum inſtar exilire, tripudiare, caput, pedes & totum corpus jactare, gyros efficere, curſu præcipiti certare, in motuos complexus ruere; nihil enim aliud in animum ſibi poſſet inducere, quam hos omnes mente captos ac furoris quodam genere, peculiari correptos eſſe Ludov. Vives *lib. 1. d. inſt. fœm. Chriſt.* Alphonſus Arragoniæ & Siciliæ Rex mulierem imprudentius ſaltantem videns, in hæc prorupit verba: Expectate: *Sibilla edet oraculum.* Sentiens infamiæ genus eſſe ſaltationem Panormitan. *libr. 2. d. rebus geſtis Alphons.* Verum cum Brentio *ad Matth. 15.* dicimus, quamvis multum mali ex choreis oriatur, & habeant non admodum abſcura pericula, tamen *per ſe* non eſſe impias. Ac placet ſententia B. Heideri *in Syſtem. moral. part. 2.* ſcil. ſaltationes per ſe eſſe affectiones (actiones) ἀδιάφορας, & moraliter, ſine moderatione, & immoderatione, nec bonas, nec malas. Juſtas vero, ſi acceſſerit ſeu μετότης, ſeu ὀρθότης, id eſt, ſi ſint decoræ, verecundæ, graves, elegantes, modeſtæ; ſi a ſobriis plana luce bonorum in virorum & honeſtarum in Matronarum præſentia tempeſtive certo cum medo, nec ſine metu pænarum inſtituantur, jure meritoque probari poſſe. Ab

his

his vero conditionibus si discedatur, quod plerumque fieri solet, id est, si saltationes hominum ebriorum utriusque sexus nocturnæ sint discursationes, & furiosa tripudia, & impudentissimæ corporum jactationes, amplexus contrectationes, oscula tempore aliena, loco intempestiva, propter & saltatores ipsos, & spectatores minime ferendas esse, & inprimis quidem ab adolescentia, quæ fomitis ad omina flagitiorum genera instar se habent, proffigandas. Hisce præmissis concludendum est, choreas modestas viro pio non esse improbandas, cum fides & charitas Christiani hominis saltando non deperdantur D. Luther. *in postill. Eccles. 2. post Epiph.* & Rex sapientis moneat, suum quoque tempus esse saltandi.

Thes. VIII.

Q. *Num poculum honoris,* ein Ehrentrunck / *in alterius salutem sit licitum?* Videtur prima fronte quod non, cum ejusmodi poculum voluptatis causa institutum sequantur excessus, utpote violenta usus rationis privatio, quæ in profundam cadunt ebrietatem. Inde Poëta:

Et res absdura est, & talis forma loquendi,
Credere, pro alterius *posse* salute *bibi.*

Inprimis cum raro sit absque coactione, qua nil inimicius est naturæ, nec ipsi bibentes sibi temperant; Ubi consummatæ fuerint epulæ, inquit Ambrosius *c. 13.* & putet jam esse surgendum, tunc de integro potum instaurant

suum

ſuum, & cum conſummaverint, tunc inchoare ſe dicunt: tunc deferuntur phialæ, tum maximi crateres, quaſi inſtrumenta bellorum: ac ne immoderatum hoc arbitreris, *menſura* certatur *ſub judice, ſub lege* decernitur, & quid multa? Interdictum eſt Conſtitutionibus Imperialibus d. anno 1500. 130. 1548 Gail *lib. 2. obſ. 110.* Hisce tamen non attentis aſſerere licet: Poculum ſalutis in alterius honorem eſſe licitum, hoc eſt, ſalva pietate & officiorum regulis fieri poſſe; Quia convivia habere, res eſt univerſis conceſſa, imo divinis præconiis commendata, autorem Deum, pui συντρoφιαν Protoplaſtis in paradiſo conſtituit, præ ſe ferens; Sane gentes peculiares Nuptiarum, Natalium, Victoriarum, Memoriæ gratia convictus inſtituerunt, quos amoris & honoris conglutinationes eſſe voluerunt. Quando autem præſentes teſtandi honoris & conciliandæ invicem amicitiæ cauſa propinatione reciproca utuntur, quis hoc ulli poterit vertere vitio? & quare non tertii præſentis vel abſentis ſaluti, vel memoriæ quid imputandi ſit licentia? Imo jubet hoc pietas, ut v. g. Patroni proba fiat recordatio & cultus. Hinc dubiis ſupra poſitis facile poteſt ſatisfieri: Cum ebrietas peccet in exceſſu, poculum Honoris non item; nec violentiam, quæ intercedit, probamus. Reducenda eſt Lex Carol. M. *Nemo parem ſuum vel quemlibet alterum hominem bibere coget. Et quicunque in exerci-*

tu

tu ebrius inventus fuerit, *excommunitur*, *ut in bibendo sola aqua utatur*, *quo usque se mala fecisse agnoscat.* Et leges Imperii ad abusum bibendi referendæ sunt vid. Kesler. in *casib. consc. c. 16.*

SECTIO III.

DE
LOCO HONORIS CAUSA OBSERVANDO.

Thes. I.

Cuivis locus sibi debitus priorque in eundo, stando, sedendo, subscribendo ex legis vel statuti præscripto vel consvetudine aut privilegio competens honoris causa assignandus est. Digniores cæteris præferendi sunt. Ita ICtus *in l. 1. ff. d. alb. scribend. Si lex*, ait. *cessat, tunc dignitates erunt spectandæ*, *ut scribantur eo ordine*, *quo quisque maximo honore in municipiis functus*, & *l. 6. ff. de si le Imsorum. Semper Seniorem juniori, & ampliori honoris inferiori*, *& marem fœminæ*, *& ingenuum libertino præferemus.* & Calistratus *in l. 5. ff. d. jur. immunit. Semper in civitate nostra Senectus venerabilis fuit*, *namque majores nostri pene eundem honorem Senibus*, *quem Magistratibus tribuebant.*

Thes. II.

Quoniam vero non æque apud omnes pupulos unus idemque locus honorem denotat, mos regionum observandus

vandus eſt. Apud Turcas digniorem haberi locum ſiniſtrum, obſervavit Augerius Giſſenius Busbequius, Imperatoris Ferdinandi ad Solimannum Legatus. Cujus rei cauſam afferunt illi, quod eam partem gladius honeſtet: & qui ſit in parte dextra, quodamodo gladium habeat ſub manum ejus, qui ſiniſtrum latus claudit; ille vero eum geſtet liberum & expeditum. Apud Ægyptios ad dextram locari magnus eſt honos habitus, in medio vero maximus. Quod æque apud Afros & Romanos obſervatum eſt. Alex ab Alex. *l. 2. c. 19.*

Theſ. III.

Primum ac honoratiorem locum inter omnes Reges, quamvis æque polleant majeſtate, ob imperii antiquitatem & potentiam tacito omnium conſenſu obtinet Imperator Romano Germanicus. Quod *Alphonſus* Arragoniæ & Neapoleos Rex, qui ab aſſentatoribus aulicis admonitus, ne dimiſſius, quam par eſſet, erga *Fridericum* Tertium, cum aliquando Neapolim veniſſet, ſe gereret, faſſus dicitur: Veſtrum, inquit, non eſt judicare de Regibus. Nos Rex omnes debemus reverentiam Imperatori, tanquam Summo Regi. Ille caput & Dux Regum. Panormitan. *in apopht. Alphonſi.*

Theſ. IV.

Et quamvis nemo haſtenus moverit Imperatori Germanico quæſtionem præcedentiæ præter Turcam, qui

quod in locum Constantinopolitanorum successerit, procedriam aucupatur, Cæsare ipsum autoritate præpollente; Honoris tamen pro Imperatore conservandi causa, & ne vel Turca vel Romanus glorietur de præcedentia, inter Legatos missos hactenus observatum est, ut, si in finibus Hungariæ conveniant, porrectis dextris se invicem in orbem cricumagant mutuaque salute dicta quilibet itineri suo insistat; quemadmodum ex relatione Legationis Cæsareæ anno 1665. ad portam Ottomannicam apparet, ibi: Die Botschaffter wurden jeder von denen Commissarien geführet, und gaben auff die Schritte und Tritte einer dem andern gar genaue Achtung, so lange bis sie zur mittlern Säule, als dem Wechsel-Ziele kamen, damit ja keiner, weder seinen hohen Obern, weder seiner Gebührnis, einiger massen ichtes vergeben möchten. Bey ihrer Zusammenkunfft gaben sie einander die Hände, und verfügten sich nach beschehener Gruß und Gegenbegrüssung jeder in ein frembdes Gebiete. vid. Käyserl. Bottschafft an die Ottomannische Pforte, welche auff Befehl Ihr Römisch. Käyserl. Maj. Leopold des I. Herr Graff Leslie in Anno 1665 verrichtet.

Thes. V.

Reges primum præ Cartinalibus obtinere locum extra qubitationis aleam ponimus. Num autem Rex vel Regi-

Regina, quæ imperium abdicavit, eadem gaudeat prærogativa, dubium alicui videri posset. Eximit vero illud Dn. Molken *in præf. d. Conclavi.* Vidi, inquit, nuper Christinam Reginam Svevicæ in Sixti sacello, illa tamen non tam ibi, sed alibi, peculiarem & honoratiorem occupabat locum, illa quoque in proprio conclavi, cum visitaretur a Cardinalibus, primum tenebat: Sella etiam, cui insidebat, ex pretiosiori materia erat confecta, quam illæ, quibus Cardinales utebantur.

Thes. VI.

In Conventibus publicis si Princeps & aliorum Principum, qui in dubio illum præcedunt Legati, concurrunt, præsenti Principi absentium legati honoris causa cedunt, inter se invicem tamen in loco tertio, quilibet Domini sui locum occupat, D. Præses *in dissertat. d. Princip. German. Legat. cap. 4. th. 19.* Ita cum anno 1653. in Comitiis Ratisbonensibus solus Electorum in ordine octavus Carolus Ludovicus, Comes Rheni Palatinus præsens esset, huic omnium reliquorum Legati cesserunt.

Thes. VII.

Sane complimentorum seu ceremoniarum & istarum observantissimi sunt Principes, ac Legatus non debet esse ignarus aulæ, quam aditurus est, Marselaer *d. legat. lib. 1. dissert. 30.* Quœnam autem curialia in Visitationibus &

 Revi-

Revifitationibus obferventur, & fi Cæfar ipfe Principesque præfentes fint, quod moris in audientia fit vid. D. Præfes *d. l. c. 4.* n. *16. 17.* ubi hæc latius tractantur. Licet inter privatos minoris fit, primo adeffe & in loco exfpectare, Curf. *d. jur. procedr. p. 30.* Inter Reges tamen & Principes præcedentiæ nota eft, quod qui primus ad colloquium in loco convento fefe fiftit, primus haberi foleat. Ita in congreffibus Carol. V. Imperatoris & Clementis VII. Bononiæ habitis fe Papa tanquam major (uti ipfe putat) primus ftitit. Limn. *tom. 2. l. 4. c. 9. n. 9.* Idem obfervatum Verovini anno 1598. cum Gallici Legati pacis ineundæ gratia primi eo venerint, & Hifpanos poftremo venientes, primi vifitaverint Thuan. *lib.* 120. Solet cautela in ejusmodi cafibus, ne inter Magnates præjudicium fiat, adhiberi, ut uno eodemque tempore in diverfis foribus aut portis locum conventus intrent. Sic Margarita Caroli V. mater, & Aloyfia Francifci Galliarum Regis mater per diverfas Cameraci portas ædes contiguas, ex quarum una in alteram aditus erat, ingrediebantur Guicciardin. *lib 19.*

Thef. VIII.

Catholicum non eft illud Magiftrorum cæremoniarum, uti vocant: *Quod qui in alterius fines colloquii & congreffus ergo tranfit, miniorem fe altero profiteatur, & minor ad majorem fefe conferat.* Exemplo *Friderici III.* Impera-

peratoris, qui ſe cum Imperatrice ad *Alphonſum* Arragoniæ Regem anno 1452. contulit, aliud conſtat. Ita enim Æneas Sylivius *in Hiſtor. Friderici III. pag. 82. Poſthæc*, inquit, *Cæſar Alphonſi Regis Arragonum multis precibus oneratus, ut Neapolim ſeſe cum Imperatrice conferret, ſtatuit tanto Regi morem gerere, quamvis id plurimi reprehenderint; qui Regem ad Imperatorem venire, ſi quid vellet, decentius exiſtimabant. At Cæſar irritas has voces habens, Avunculum ſuæ conjugis contriſtari noluit, maximum & clariſſimum Regem ſeculi decus: cujus egregia facinora totus orbis decantat: quem victum fortuna vincere non potuit, ſed contra ipſa victa eſt coactaque, Regi bene merenti, cui ſæpe nocuerat, demum familiari ejus benefacere. Neque latebat Cæſarem, ſæpe Sigismundum anteceſſorem ſuum, aliorum Regum hoſpitia viſitaſſe: qui nunc, Gallorum, nunc Hiſpanorum Reges adivit. In Angliam quoque, & in Poloniam minores Reges acceſſerat, neque propterea ſua dignitas minuta videbatur. Neque ambiguum eſt, priſcos Cæſares ſæpe minorum Principum lares ingreſſos.*

Theſ. IX.

Hactenus de loco honoratiori ratione perſonarum illuſtrium aliquid memoraſſe ſufficiat. Perſonas Nobiles quod concernit, quoniam ſola virtus nobilitat, Doctoribus propria virtute conſpicuis major honor tribuendus eſt, quam qui majorum ſuorum rebus geſtis ſolum fulgent.

gent. Usu tamen venit, ut Doctores personis dignitate Doctorali non prditis non præferantur, scil. in Civitatibus Imperialibus Consulibus ac Syndicis non Doctoribus. Hæc tamen causa honoris, quæ civilis est, non tollit naturalem; Ut proinde filius Doctor concurrens cum patre, socero aliove qui patris loco est, præcedentiam sibi arrogare nequeat Cassan. *catal. glor. mund. part. 2. Consf. 16.* Honoratior tamen locus consideratur in actibus & causis publicis, in quibus reverentia naturalis non attenditur, *arg. l. 9. ff. qui sunt sui vel alien. jur. l. 14. ff. ad SC. Trebell.* unde Gellius *lib. 2. c. 2 in publicis locis*, inquit, *atque actionibus Patrum jura cum filiorum, qui in Magistratu sunt, potestatibus collata interquiescuni & conticent.* Laudatur *Johannes* Rex Hungariæ, quod *Ferdinando* filio in publico congressu dextram concesserit; male vero vertitur *Celsi* Venetorum Ducis Patri, quod filio recens renunciato, *Duci* assurgere, coramque eo caput detegere recusaverit, ne patriam potestatem vilem facere cogeretur. Gothofred. *de. praeced. p. 69.*

Thes. X.

Q. *Quando frater. v. g. mercatar, natu major, cum fratre, natu minore, Doctore, actum quendam publicum exercere. debei, v. gr. sororem in festivitate nuptiali publice ad templum* zur Traue *deducere; Num Siniori prior locus honoris causa concedendus sit?* Pro natu majori facit, quod ille iure

jure naturæ primas teneat ante fratrem Doctorem natu minorem, ita enim Chrysostomus in *Homil. 5. adversus Judæos* Primogenitos, inquit, posterius genitis honorabiliores esse oportet. Sin autem consvetudo loci aliud velit, ea omnio observanda est; quemadmodum teste D. Gerdesio *in diss. d. jure præcedent.* Facultas juridica Gryphisvvaldensis anno 1672. respondit: Daß bey vorseyndem specificirten actu, da die beyden Brüder die Schwester zur Traue führen sollen, ungeachtet der ältere Bruder nur ein Kauffmann, der jüngere aber eine graduirte Person ist, dem ältesten die præcedenz und die Oberstelle für dem jüngern Bruder zustehe, und daß der Gradus oder sonst habende Dignität des jüngern für andern bey diesem actu, welcher unter ihnen als Brüdern und nechsten Anverwandten zu verrichten, nicht in consideration gezogen werden könne, es wäre denn erweißlich, daß durch eine alte und beständige Gewohnheit ein anders und zwar daß dem jüngern Bruder, wenn er an Ehren und Dignität den älteren übertreffe, in solchen actibus, da sie als Brüder beyde und keine intermediæ personæ honoratiores concurriren, die Oberstelle und præcedentz gelassen werde, introduciret sey, auff welchen fall der jüngere Bruder sich seines Rechtens billig zu gebrauchen hätte V. R. W. Ita D. Præses retulit, in nuptiis filiæ D. C. S. id accidisse, ut

 duo

duo fratres literati natu major dignitate Doctorali non insignitus, cum fratre natu minori Juris Doctore sororem sponsam ad templum deduxerit, majorque præ minori primum obtinuerit locum. Plura vid. apud Gothofr. Crusium Gastel, *tract. d. Præcedent. jur.*

Thes. XI.

Q 'Num filia nobilis alicujus nupta ignobili amittat locum in eundo, quem non nupta habebat præ reliquis fœminis natu non nobilibus? Et quoniam in utramque partem non desunt rationes, eæque discussæ extant in eleganti quodam responso, quod consultus superiori anno dedit Jctissimus Dn. D. H. B. R. placuit illud heic inserere.

Die mir zugefertigte Sache und Fall / darüber mein weniges Bedencken cum rationibus desideriret wird / verhält sich folgender Gestalt. Nachdem in Fürstl. N. gnädigst publicirter Ordnung Tit. Von Rangk und Vorgang unserer Bedienden und derer von Adel. 2c. §. 15. nachgesetzte Versehung gethan: Was aber das Adeliche Frauen-Zimmer betrifft; es seyn derer von Adel Weiber oder Töchter / dieselbe sollen allen denen vorgehen so keine von Adel / es seyn Frauen oder Jungfrauen / ob schon deren Männer oder Väter vor jener Männern oder Vätern der ufhabenden Bedienungen halber die Præcedentz hätten. So hat sich neulichst begeben / daß Herr J. S. der Rechten Doctor

und

und Fürstl. Hof⸗Advocatus ein gebohrene von Adel geheurathet, welche Krafft angerechter Verordnung vor diesen des Herrn Canzlers Eheliebsten und Tochter unstreitig vorgegangen, und begehret dieselbe in itzigverehligten Stand aus eben diesem principio sich noch ferners dergleichen Rangs zugebrauchen, welches doch des Herrn Canzlars Liebste zuzugeben nicht gemeinet ist, und dahero, welche unter diesen beeden der andern mit Recht nach solcher Ordnung vorzugehen befugt? die Frage entstehet:

Ob nun wohl vor des Hof⸗Advocaten Hn. D. J. S. Eheliebste nachfolgende Ursachen und Gründe könten angeführet werden, und zwar, daß die klaren Worte des bemelten 15.ten §. auch von derer gebornen von Adel Töchtern redete, dergleichen sie Frau Doctorin auch itzo wehre und bliebe; Gestalt denn das Jus Patrium keinesweges cassiret, dieweil diese Tochter sich verheurathet B. Franzk. *ad L. Gallus de lib. & posth. disp. 1. membr. 3. n. 15 & seqq. B.* Carpz. *p. 2. c. 10. de. f. 3.* Sondern sie ist ist und bleibet dessen ungeachtet eine geborene von Adel, wie sie sich denn auch annoch also ohne einiges Menschen Eintracht schreibet. Und wiewohl (2.) nunmehro sie ein Eheweib eines der kein geborner von Adel ist, also in dero Person Zwey qualitates, eine geborne von Adel und doch eines so nicht von Adel Eheweib zu seyn, concurriren,

riren, so heist es doch und scheinet allhier statt zufinden die gemeine und bekante Rechts-Lehre, quod, quando in filiis vel filiabus concorrunt diversæ qualitates, illa considerandacondit:o quæ magis utilis filiis est, *Gloss. in c. ex tenore, qui fil. sint legit. Bald. in l. qui contra. C. de incest. nupt. Steph. Gratian. disc. forens. 5. c. 977. n. 26. inf.* Daß auch (3.) durch heurathen einer gebohrenen von Adel an einen so dergleichen nicht ist, die nobilitas und prior qualitas keineswegs verlohren werde, scheinet nicht unklar zu bewehren: Ludov. Roman. *in l. cum quædam puella 19 ff. de Jurisdiction.* Dessen aber ungeachtet halte salvo rectius S. J. Ich gäntzlich darvor, daß auch stante dicta Ordinatione de præcedentiis des Hr. Cantzlers Eheliebste der Rangk allerdings vor Hn. D. J. S. numehrigen Eheliebsten habe und behaupten könne. Sintemahl (1.) in dem vorhergehenden § 12. klar versehen, daß in der Ordnung, darinne die Männer stünden, eben denselben Rangk solten auch dero Weiber haben, wie es denn ohn dem auch Rechtens, daß den Weibern all Dignität und Ehrbezeugung nach der Dignität und Würde ihrer Männer, und anders nicht zuwachse, es sey denn specialiter exceptio bewiesen oder gegründet. Andr Tiraqu. *ad L. Connubial. 1. Gloss. 1. part. 1. c. 18. ibi. Omnem suum honorem & dignitatem ex honore dignitateque virorum pendere: Vix enim uxor honorabitur nisi & apud homines maritus in honore,*

exi-

existimatione & pretio fuerit. Daß aber (2.) allhier keine exceptio pro Uxore Dn. D. J. S. gegründet / erscheinet daher / weil der angezogene §. 15 von denen von Adel, und von Adelichen Frauenzimmer redet / und pro ratione statutæ præcedentiæ den Adel gegen die so dergleichen nicht sind, mit sich führet. Nun aber ist bey denen bewerthesten Rechtslehrern ausgemacht, / quod si vir ignobilis ducat uxorem nobilem, per hujusmodi matrimonium & hæc ignobilis effiiciatur *text. expressus in l. fœmintna. 8. ibi: Parentes vero fœmininis dignitatem & splendorem tribuunt donec plebeji nuptiis fuerint copulatæ l. ingenuæ. 3. l. edicimus 7. C. de murileg. X. 11.* Bart. *in l. 1. c. 5. vers. videndum est C. de dignit.* Paul. de Castr. *in l. ult. C. de. V. S. & multi adlii relati* ob Andr. Tiraqu. *de nobilit. c. 18. n. 16.* Quod adeo verum esse, ut sive a genere & nativitate, sive ex persona primi mariti nobilis sit uxor; quæ ignobili nubit, omnino tamen nobilitatem amittat, late deducit Anton. Faber. *Codic. Lib. IX. tit. 29. def. 17.* in tantum, ut quamvis uxoris alicujus nobilis, quæ ipsa nobilis natu, putantis priorem maritum esse mortuum nubentisque plebejo, posterius hoc matrimonium sit nullum: tamen hic effectus maneat & ob ignobilitatem putativi posterioris mariti ipsa nobilitatem pristinam amittat, ut late defendere non dubitavit Idem Ant. Fab *9. cit. def. 28.* Ja was (3.) noch mehr ist, so wolte ich dafür halten,

wenn

wenn gleich itzige Frau Doctorin S. hiernechst eine Wittibe würde, daß sie doch, so lange sie in solchen Stande verbliebe, der Frau Canzlerin und andern Weibern deren Männer vor Herr D. S. den Rangk gehabt, keinesweges vorgienge, quoniam nobilis virgo, nubens plebejo, etiam post hujus mariti mortem non recuperat ipso jure pristinum nobilitatis statum, nisi splendor ab Imperatore restituatur *l. Imperator bene C. de nupt. l. 1. C. de sent. passis.* Fritzius *de Nobilitate Concl. 30. lit. d.* Und daher kombts, wenn dergleichen Wittibe, so eine gebohren von Adel und einer so keiner von Adel, verheurathet gewesen, in solchen Ehestande oder auch als hernachmals Wittibe verstirbt, daß derselben nicht ut nobili, sondern ut ignobili succediret wird. Ita expresse præallegat. Faber. *Cod. d. l. def. 17. num. 3.* Facit porro pro confirmatione hujus sententiæ (4.) ut, licet regulariter donatio inter virum & uxorem non valeat, si tamen vir ignobilis uxori suæ antea nobili donare & eo animo dotem constituere constante matrimonio velit, in compensationem & remunerationem nobilitatis, quam uxor ea ex illo matrimonio derdidit, omnino valeat hæc donatio. Bart. & Dd. *in l. si divortio. de V. O.* Roman. *in l. 2. §. ult. Col. 1. vers. fallit, nisi maritus. ff. si cert. petat. & Consil. 445.. Consultat præsens. col. 3. vers. Potest maritus. Lib. 2.* Diesem nach thut hierwieder, nicht was oben in

rati-

ration. Dubit. angeführet / denn der ersten bereits per dec ration. Genüge gethan / und folget keinesweges die Frau D. S. bleibt eine so von Adel geboren und eines von Adel Tochter / Ergo bleibt sie auch an sich nuptiis his non obstantibus eine von Adel und behält diesen splendorem & dignitatem; das Gegentheil erhellet *ex alleg. l. fæminæ. 8. ff. de Senat.* ubi Senatoris filia nubens viliori manet quidem Senatoris filia, sed non ejus splendoris & Clarissima. Gleichwie auch die patria potestas alhier pro retinenda nobilitate nichts wircket, sonst würde folgen / daß ein adoptivus eines nobilis & ipse nobilis sey contra Doctrinam Tiraq. *de nobilit. c. XV. num. 6.* Also ist auch / sonderlich heut zu Tage / gantz ohne / daß nicht die väterliche Gewalt bey einer Tochter durch deren Verheuratung etiam in foro communi, verleschen solte, ita Mevius *ad jus Lubecense 1. tit. 3. rubr. num. 25.* quod in tantum procedit, ut ne quidem post mortem mariti reviviscat patria potestas laud. Mev. *d. l. num. 26.* Ad (2) Resp. die angeführte Lehre ex Gloss. Bald. & Gratiam, ist nicht universalis, hat auch nicht statt / wenn die eine und vornehmste qualitas schon erloschen und nulla ist / denn wie kan das in consideration kommen / quod non amplius est? Endlich und was 3. die Lehre des Romani an allegirten Orthe betrifft / wird solche / wie sie an sich singularis ist / also auch von andern treflichen

Rechts-

Rechts lehrern nicht unbillig verworffen / ita Tiraqu. *de nob. c. 18. num. 16. ibi.* Sedille Romanus ni fallor fallitur. Ant. Fab. *d. def 17. num. 2.* Fritz. *de nob. d. l. l. c. d.* Uf welche mich geliebter Kürtze bezogen / und nochmahls dafür gehalten haben will, es werde sich die Frau D. S. nicht besser schätzen, als die Virginia des vornehmen Römisch. Patricii Auli Tochter / de qua ita Livius Lib. X. *Virginiam Auli filiam Patriciam Voluminio Plebejo nuptam, matronæ sacris pudicitiæ* Patriciæ *arcuerunt, quoniam desiisset esse patricia, quæ plebejo nupserat.* Wolte es ꝛc. ꝛc.

Thes. XII.

Causam honoris ad obtinendum digniorem locum agitant etiam Ecclesiasticæ personæ; inprimis quando Clerici ac Sacerdotes Magistratui præferri intendunt. Ubi sane Reipubl. forma, personæ actus distingvuntur. Aliter in civitate, quæ in modum Aristocratiæ gubernatur, majorque Magistratus autoritas est, aliter in Democratico regimine præcedentia conceditur. Si personæ seculares gradibus sunt ornatæ, Senatoribus præferuntur; Quandoque in actibus ecclesiasticis cedunt politici, cum hi alias anteferri soleant. Ceterum de quæstionib. Ob politische Personen den Geistlichen in Verrichtungen der Kirchen-Sachen vorgehen sollen / welche und weil sie / die Politici, sonsten in fürnehmen Aemptern und denselben

selben unterschiedenen Sitzen, vid. Kesler. *in Theol. casuum conscient. cap. 45.* Item: Obs recht sey und ohne Verletzung des Gewissens geschehen könne, daß man Predigern in publicis solennitatibus ihre gebührende Ehren-Stelle, die sie und ihre Vorväter von undencklichen Jahren gehabt, entziehe, und andere Politicos, welche ihnen sonst in der Ordnung folgen, an ihrer statt setzen? vid. Dedekenn. *in thesaur. consil. theolog. vol. 1. sect. 3.*

Thes. XIII.

Medici JCtis locum honorificum seu primum non invident, ipso medico Francisco Valesio *in Sacra Philosoph. c. 74.* teste, & jure ipsis competere docent Lipsius *orat. 8.* Rodericus a Castro *in medico politico lib. 1. c. 12.* Benius *d. privileg. Jurisconsult. lib. 3. c. 55.* D. Gerhard. *centur. quæst. politic. decad. 9. quæst. 6.* D. Præses *differt. d. Philautia cap. 3.* Est tamen Medicus quoque honorandus, honorque ei debitus assignandus; Hinc Doctor Medicinæ in sessione, statione ac processione præferendus est Quæstori Electorali, nisi consvetudine contraria præcedentiam obtinere queat, Carpz. *part. 2. decis. 110.*

Thes. XIV.

In recensendis procœdriæ actibus nolo verbosior esse, cum plura videri possint apud D. Cursium *in tract. d. jure procœdrias.* Jacob Gothofred. *in Diatrib. d. jure præcedent.*

D. Chriſtian Caſtel *de ſtat dignitat. & præcedentia Pontific. Impera terum, Regum, Magn. Ducum &c.*

SECTIO IV.

DE

TITULIS HONORIS CAUSA DARISOLITIS.

Theſ. I.

Cum in civili ſocietate honor diſtinguat ordines cuſtodiatque dignitates, licitum omnio eſt honores ambire & imperratos gerere. Sunt ergo tituli Honoris in ſe non injuſti: Honor enim Virtutis prœmium eſt & comes. Inde non modo in Academiis autoritate publica diſtribuuntur tituli: ſed etiam in Aulis ſæpe prodeunt Ordinationes Aulicæ. In Rec. Imp. Auguſtan. d. anno 1500 mentio fit einer Ordnung der Titel halben, wie ein jeder dem andern in ſeinem Stande ſchreiben ſoll. Poſſit quidem videri, inquit D. Conringius in *aſſertion. Jur. Moguntini in coronand. Regib. Romanor.* contentio de re levi: & vero non eſt in ea ſalus Republ. collocata: attamen intereſt ipſius quoque reipubl. ut ſua cuique dignitas, ſuum jus ſervetur, præſertim maximis Principius; quod noceant ejusmodi injuriæ ſaltem exemplo, & iniqvum ferendo licentiæ impunitate quaſi muniant viam.

Theſ. II.

Thes. II.

Ob honorem, quem in Orbe gerit omnium summum, IMPERATOR vocatur *Augustus* ab augendo dictus, quod cognomen olim Octavianus, Julii Cæsaris successor assumsit primum: *Sacratissimus* ob magnitudinem majestatis & personæ dignitatem *in l. pen. ff. ad SC. Tertull. l. 3. C. d. quadrienn. præscript. Nov. 47. c. 1.* Ejusque Constitutiones sacræ appellantur *l. 6. §. 2. ff. d. rer. divis. tit. C de præpos. sacer. cubic.* Ipsique tribuitur titulus *Majestatis*, qua voce dignitatis magnitudo designatur *l. 91. ff. d. hered. instit. tit. ff. & C. ad L. Jul. Maj. l. 10. C. d. legib.* Germani romanizantes hunc titulum honorificum Germanicis Imperatoribus in sua lingua attribuunt E. Maj. Quod vivente Carolo Magno obtigit, *vid. privil. Brem. dat.* ac bostmodum tempore Ludovici Pii Annal. Fuld. Brovic. *p. 221.* Ottonis II. Hund. Metrop. p. 308. Fridr. I. & II. Lehman. *Chronic. Spirens. p. 635.* Rudolphi Habspurg. Limn. *in not. ad lib. 7. pag. 307.* Romani suos Imperatores prædicarunt Sanctos vel Sanctissimos. Ita Antonius, Alexander Severus, Valerianus alio hoc honoris titulo insigniti sunt *l. 3. ff. d. natal. restit. l. 87. l. fin. ff. de legat. 2.* Imperatores tam antiquæ quam nove Romæ *Inficitissimi* vocati sunt, vid. Sveton, *in Tiber. c. 7.* Germani Carol. M. Ludovicum Pium, Ottones aliosque, qui hodiernum prædecesserunt Imp. *Invictissimos*, quasi jurisdictione ce-

dere nescios, collaudarunt: non quod omni tempore tales sese exhibuerint. sed potius ob votum, quod Eos semper invictos esse vult, Limn. *lib. 2. Jur. publ. cap. 6. num. 10.* Imperatores a subditis nominati quoque sunt *Religiosissimi*, non tantum ob religionem erga Deum *l. 2. ff. d. just. & jur.* qua nihil clariori lumine præfulget in Principe *l. 8. C. de sum. Trinit.* quam ratione religionis juris *l. 6. 7. §. fin. ff. d. legat. 2.* quæ non minus ac prior religio in Imperatoribus requiritur *vid. proœm. Instit. Gloriosissimi*, ob amplissimi imperii gloriam. *Divi* stylo ethnico magis quam Christiano Limnæ. *d. jur. publ. Rom. Imper. lib. 2. c. 1.* Dn. Rechenberg *dissert. d. natur. & us. titul. aph. 3. §. 2.*

Thes. III.

Hoc singulare est & præeminentiæ causa fit, quod Imperator nulli Regum tribuat titulum Majestatis, bene tamen ab aliis tribuatur Imperatori. *Rec. imp. d. anno 1526.* §. und sind der Churfürsten. R. *Imp. Ratisbon. d. anno 1577.* §. und als die wolgeborene §. und ufgehaltene / Londorp. *lib. 1. p. 25.* Sic anno 1641. cum e Comitiis ad Regem Galliæ scribendum esset, Status de Majestatis nomine subdubitantes Cæsar admonuit, stylum in Imperio receptum id non admittere: Daß denen Cronen Franckreich und Spanien das prædicatum Majestatis, weder conjunctim cum dignitate, noch divisim zu geben / sondern es

bey

bey dem alten stylo zu lassen, mit welchem solches nicht herkommens, sondern bishero allein eines Römischen Käysers oder Königs Majestät im Reich agnosciret worden, oportuitque omisso Majestatis vocabulo literis solum inseri, E. Königl. Würde. Limn. *not. Franc. lib. 2. c 6.* Contra, *Imperatori Reges* attribuunt titulum *Majestatis*; Ita Sigismundus Poloniæ Rex ad Carol. V. scripsit: Facit Majestas vestra rem sua virtute & nostra in se observantia dignam Reinking. *d. regim. secul. & ecclesiast. l. b. 1. class. 2. c. 7. num. 18.* Jacobus Magnæ Britanniæ Rex in literis datis d. 2. Novembr. anno 1621. Ferdinantum II. Cæsareæ Mejestatis titulo compellavit, & in subscriptione addidit: majestatis vestræ frater amantissimus. Ludovicus XIII. Rex Galliæ hanc in Imperatore dignitatis præeminentiam agnovid, dum Huic Rex in literis d. 7. Maj. anno 1628. ad Ferdinandum II. datis aliquoties titulum Majestatis tribuit, Limn. *lib. 1. c. 7. n. 5. in fin.*

Thes. IV.

Quoniam apud omnes, vel saltem moratiores, gentes receptum est, ut maritus illustris uxori suæ eundem dignitatis gradum communicet, eaque maritali splendore coruscet, inde Imperatoris Uxor ad exemplum Augusti Cæsaris *Augusta*, id est, veneranda nominatur.

Thes. V.

Imperatorem sequntur Reges; Inter quos emi-
net *Rex Germanus*. In Germania designati Imperii successores Augusti titulo claruere, Aventin. *lib. 4. Annal. Bojor. p. 382.* placuit etiam Germanis Imperatorem berhibere *semper Augustum*, Regem Romanorum vero simpliciter Augustum *Constitut. Frideric. de pace Constant.* quæ tamen differentia non Friederici II. ætate Trithem. in *Chronic. Spanheim. pag. 273. & seq.* nec Ferdinandi fuit observata *Recess. Imper. Spirens. d. anno 1542. in pr. R. Imp. d. anno 1557.* Olim exteri Reges titulum Augusti sibi non arrogarunt, sed potius Imperatoribus in prærogativam relinquere voluerunt.

Thes. VI.

Electores licet Reges non sint, Regibus tamen æquiparantur Warem. ab Ehrenberg *d. fæderib. lib. 1. c. 2. num. 147.* &. vocantur Edle Seulen Aur. Bull. *tit 3. pr.* Grundfeste und unbewegliche Seulen des Reichs A. B. *tit. 12.* Mit welcher Hülffe der Gewalt Kayserl. Macht gestärcket wird A. B. *tit 5.* uf welchen das Reich vornehmlich beruhet und bestehet Capitul. Ferdin. II. Ein theil Kayserliches Leibes A. B. *tit 24.* Die nechste Glieder der Kayserlichen Majestät *Rec. Imper. d. anno 1541. in pr.* Die innerste Glieder des Reichs, *Capitul. Leopold §. 46.*

§. 46. Tituli eorum, quibus insigniuntur, sunt vel Ecclesiastici vel Politici. Moguntinus, Trivirensis & Coloniensis Electores & Archi-Episcopi olim vocabantur *Reverendissimi in Christ.* Patres Ehrwürdige in Gott Vater *R. I. d. anno 1356. in pr. postea* Die Hochwürdigste in Gott Vater.

Thes. VII.

Magni honoris signum est, quod Imperator Electores, non solum Seculares ex illustrissimis familiis oriundos, Oheimen / sed etiam Ecclesiasticos illustri non progenitos stirpe, Nepotes, liebe Neven und Churfürsten appellet. Cujus rei rationem in abdito latere scribit Heig. *lib. 2. qu. 4. num. 62.* Et Arumæus *vol. 1. jur. publ. disc. 9. memb. 1. in fin.* profitetur, causam se nec ab aliis expiscari, nec proprio marte excogitare potuisse. Set Freinshemius *d. S. Rom. Imperii Elector. & S. R. Eccles. Cardinalium pracedent. diatrib. 3. n. 19.* ad dignitas Electoralis eminentiam referre non dubitat. Eximia enim dignitas, inquit, quia summam parit nobilitatem, quandam efficit cognationem cum Imperatore aut Rege, qui nobilitatis omnis in suo regno fons & caput esse intelligitur. Igitur hodieque sic proceres suos Ducesque Rex Galliarum, licet ipsi non sunt conjuncti sanguine, vocat Cognatos suos. Eodem plane more, quo Persarum Re-

ges

ges priſcis temporibus, de quibus Briſonius de *Regno Perſarum lib. 1.* & Freinſh. *in Curt. 33. 14.* Nec aliter Conſtantinopolitani Cæſares, quos in patriciorum ordinem redulerant, *Patres Imperatoris* vocabant *l. fin. C. d. conſul. lib. 12. §. 4. Inſtit. quib. mod. jus part. ſolv.* Quidam id ſingulari Imperatores affectioni tribuunt, cum amor erga Nepotes vehementiſſimus eſſe ſoleat. Quid? ſi cum D. Gerhard. *quæſt. controv. in jur public. Rom. occurrent. Hex. 6. qu. 5.* dicamus: quemadmodum nepos ex ſorore nobis dicitur, qui ſororis noſtræ filius eſt; eodem ſenſu ab imperatore, vel Imperio, cujus ſoror quaſi Eccleſia eſt; *arg. Nov. 6. pr.* hujus autem filii, cum quadantenus Eccleſiaſtici ſint Electores, *Nepotum* hinc nomine appellari. Politicorum Electorum nomen Oheimen eſt agnationis cognationisve nomen. Arum. *l. c.* Quemadmodum etiam Rex Galliæ quemlibet Principem cognatum ſuum (ſeu couſin) appellat, quamvis ſanguine ipſi non ſit junctus, prout ex Loyſeu des ordres *cap. 7. n. 103.* notat D. Feltman *de titul. honor. lib. 2. cap. 18. n. 18.* Quis imperatorum primus fuerit, qui Clericos Electores nomine *Nepotis* dignatus fuerit, certe non conſtat. Alii Fridericum III. cognomento Pacificum id feciſſe, in reformat. francof. d. anno 1442. Bertram *d. Comit. membr. 2. n. 10:* Alii ante Fridericum id factum dicunt, quoniam Sigismudus Imp. in dem notifications-Schreiben ſeiner Käyſerl. Wahl/ Electorem Trevirenſem appellavit, ſeinen lieben

den Neven. Idem patet ex Recessu Norimbergens. d. anno 1431. Josia Nolden *d. stat. Nobil. cap. 8. n. 47.* arbitratur, titulum hunc honoris causacircirer Ruperti tempora, & post Aream Bullam totum fuisse excogitatum.

Thes. VIII.

Meminit Luther. *in discurs. mensal. Cap. 38.* quod Electores ad Reges scribentes utantur titulo E. Liebden, non E. Gnaden. Hodiernis moribus, cum alia forma titulorum sit ac priscis temporibus, & omnium Principum tituli creverint, perveneríntque ad summum, non in scholis, sed aulis & Cancellariis hoc discendum est. Id constat, quod ante pauca tempora Electores Regibus exteris titulum Majestatis non tribuerint, sed E. Königliche Würde Idem titulus Gustavo Adolpho Regi Sveciæ ab Electoribus datus, cum male Eum haberet, ita rescripsit: Vestrum ad literatas nostras superiori anno responsum accepimus, quod, ut resignaremus, etsi primo intuitu vixin animum inducere protuimus, propterea quod nobis titulus (Majestatis) a solo Deo & majoribus nostris acceptus non tribuatur: tamen illud hac conditione reservavimus, ne hujusmodi inposterum præjudiciis amicitia nostra violētur, Electores ita se ex causarunt: Serenissime Rex, etsit in literis nostris quoad titulum

F ali-

aliquid defuerit, id tua Majeſtas non ex animo alienato, æ qui ipſius honori aliquid detrahere cupiat, ex uſu & conſuetudine, quam etiam erga alios obſervamus. Reges, profectum eſſe ſibi perſuadeat Limn. *in notis ad lib. 3. c. 2.*

Theſ. IX.

Duces ac Principes hodie vocantur *Celſiſſimi, Sereniſſimi* ac *potentiſſimi*, prout demonſtrat Goldaſtus in *act. publ. p. 197.* Hochgeborne Durchlauchtig. imo Durchlauchtigſt; Comites Illuſtrisſimi, Wohlgeborn vel uti hodierno ceſſit ſeculo Hochgeborn Barones *Illuſtres* Generoſiſſimi Wolgeborn dicuntur. Hic plurimum intereſt, ſcripturientis noſſe ſtylum, ut vocant, curiæ, ne circa titulos Perſonarum illuſtrium hallucinetur. Bene Gramondus *Hiſtor. Gal. l. 1. p. 30.* Multum, inquit, intereſt, Principem inter & privatum. Ille ad famam omnia dirigit, hic continetur modicis: quod vitium huic, ſæpe illi virtus: quod homini privato ſuperbis, Principi Magnanimitas eſt. Et ſi titulatura uti vocant, examuſſim non fuerit obſervata, ſolent literæ non reſignatæ remitti: prout anno 1561. fecerunt Principes Proteſtantes, cum ipſis a Pontifice mitterentur literæ cum inſcriptione ad ſingulos ſimili: Dilecto filio, nobili viro, Duci aut Comiti. Thuan. *lib. 28. pag. 545.* Olim Duces ac comites

mites fuisse dictos Spectabiles: Barones vero Nobiles, Honorabiles, Illustres, Generosos: vid. Clotz. *differt. d. titulis honorif. c. 6. 7. & 8.* Hodie alia titulorum figura est plane quod stylus Curiæ quemlibet edocet.

Thes. X.

Priusquam longius abeamus, advertendum venit, quod honoris a Deo sibi concessi declarandi ergo Principes utantur *numero plurali*, Nos Dei gratia, non EGO; neque hoc ullo modo ad vanitatis vel superbiæ, sed authoritatis & modestiæ argrmendum referendum est. D. Geisler. *differt. d. titulo: Nos Dei Gratia part. prior. thes. 18.* ob rationes *th. 19. & seqq.* adductas. Princeps isto titulo nihil singularis potestatis sibi adscribere videtur Lindenberg. *tr. d. numeror. præcip. mysterio p. 5. 6.* & Princeps bonus Tyrannidis speciem effugit, si potestatem cum aliis communem se habere fatetur. Erasm. *d. conscrib. epist. p. 65.* ac Princeps non solum propriæ, sed etiam, (uti loquitur Lipsius *lib. 3. polit c. 2. §. 2. in marg.*) mutuatitiæ sapientiæ aliquid tribuit. cum Imperantes a Deo habeant characterem; illudque Nos denotet magnitudinem. D. Beckman *in notit. dignit. illustr. differt. 1. c. 3. §. 6.* facitque ad amplificationem dignitatis & honoris. Idem *c. l.* quia princeps cum aliis hominibus comparatus ratione meritorum multos æquat, etsi *unus* sit, tamen *plures*, imo totum populum repræsentat. D. Feltman *Tract.*

d. titul. honorif. c. 57 §. *2.* imo titulus: *Dei gratia*: Principes Imperii immediatos apertius distinguit a cæteris, qui sunt Mediati & Subordinati aliis Id. *ib. 87.* Mylerus *d. Princip. & stat. imper. german. part. 1. c. 30.*

Thes. *XI.*

Notabile est, quod quantoque Superior vocet inferiorem Dominum clementem: cujus meminit D. Eiben *in Elect. feud. c. 8.* §. *13.* aus der Hochgräfl. Stolbergisch. Deduction wegen Königstein &c. in Beylagen *num. 33.* & seq. ubi Dominus Vasallum vocat seinen gnädigen Herrn / quod etiam refert Dn. Rhet. *comment. in lib. 1. jur. feudal. n. 8. in fin. p. 127.* De Titulo Excellentiæ, & qualis controversia inter Electorum & Aliorum Principum Legatos fuerit. vid. D. Præses *in dissert. d. Princip. Legat. c. 5.* Cætrum status Imperii vel alius se scribens: unterthänig / eo ipso se subditum alterius non brofitetur, quia verba civilitatis nonobligant, vid. Limnæ *jur. publ. lib. 4. cap. 9. 101.* Idem *lib. 4. c. 6. n. 70. in fin.*

Thes. *XII.*

De Titulis personarum non illustrium, non est, quod multa dicamus, cum isti valeant, sicut nummi, & usu addiscendi sint. Res autem eo devenit, ut intermissa titulatura noviori, retentaque veteri actionem instituere contra scribentes nonnulli non erubescant. Ita cre-

crevit vanitatis genus *Titulomania*, a quo toto pectore abhorent viri cordati; quod enim facias ei, qui in proximo trans Rhenum rure ignotus & tamen audit *Clarissimus*,

Quam multum vanires eatatis habet.

conferatur *Mundi lapis lydius, sive vanitas per veritatem falsi accusata & convicta*, opera Anton. a Burgundia, edita, Add. D. Præses *in spicilegio ad Galateum s. d. mor. elegant. p. 138. n. 1.*

SECTIO V.

DE

INSIGNIBUS AC ORNAMENTIS HONORIS CAUSA CONCESSIS.

Thes. I.

Insignia, quæ nihil aliud sunt, quam infallibile virtutis testimonium, bonæ mentis indicium, claritatis & honoris tessera, Draco *d. orig. & jur. armos.* adinventa sunt, ut virtuti tum bellicæ tum togatæ suum extet præmium. Nec tamen cuivis indiscriminatim arma ac insignia concedentur, sed honoris causa iis, quos virtus nobilitat; nec propria autoritate quis insignia usurpare valet, sed Imperator aliusve Superiorem Deo & gladio non recognoscens ea concedit, vel immediate, ut quando nobilitate, simulque armis quem donat, vel sine nobilitatis collatione privilegium armorum alicui concedit. Einen Wappen-Brieff: val mediate per comites Palati-

 nos,

nos. Draco *d. l.* Hinc Pulchre Polyb. *l. 5. juvenes inquit, excitant ac provocant ad pericula ſubeunda. Cum enim occaſio ſe dat, & aliqui eorum fortiter & animoſe fecerunt, convocans Imperator in concionem omnes copias & circumponens ſibi eos, qui Autores egregii facinoris, primum quidem laudes eorum ediſſerit, & ſuper hoc facto, &, ſi quid aliud in omni vita geſſerint laude & memoria dingnum: poſt hæc ei quidem, qui hoſtem percuſſerit, hoſtam donat: qui vero dejecerit & ſpoliaverit, pediti quidem phialam: equiti phaleras &c.*

Theſ. II.

Non autem ſola virtus militaris cauſa impellens eſt inſignium aſſumendorum, ſed & aliæ plures, uti ſunt: *Officium*, quemadmodum Electores ſeculares ea, quæ Imratoripe præferunt, inſignia clypeis ſuis expoſita habent. *Benemerita*; uti Imperator Maximilianus I. Erico Seniori, Brunſvicenſium Duci, duodecies in acie ſtanti & Imperatori fidelem operam contra Turcas, Gallos aliosque præbenti avitis inſignibus auream ſtellam adjecit, quæ adhuc in Bunſvicenſium Ducum clypeo fulgit. *Religio*, vera ſit ſive falſa. Sic Colonienſes Magorum corpora accepiſſe gloriantur: hinc eorum inſignia mutata ſunt in *tres coronas* ad deſignandum, tres ſanctos Magos ab oriente venientes ac domini Servatoris noſtri nativitatem

colen-

colentes ab iis detineri. Lehmann *Chronic. Spirens. Nominum convenientia*, uti Familia Hennebergensis gallinam habuit nigram Bernates in Helvetia ursum pro insigni gerunt, & putant, Bernam die Stadt Bern nomen accepisse ab urso, qui primus comiti orbem condituro occurrerit. Limn. *lib. 6. c. 6. n. 17. ex Chronic. Helvet. lib. 7. c. 30. Eruditio:* sic Bartolus ICtus, ab Imperatore pro insignibus accepit leonem *purpureum* cum bicipiti cauda in campo aurato, ad disignandam ejus virtutem & eruditionem. Jovius *in elog. vir. doctor.* Alii tamen, inter quos est Limnæus *lib. 6. Jur. Publ. c. 10. u. 41.* Baldo a Carolo IV. horum insignium usum concessum esse autumant. Nobiliss. D. Bechman *dissert. de insignibus th. 56.*

Thes. III.

Partes insignium, præeunte Limnæo, recenset D. Bechman *in notit. dignitat. illustrium dissertat. 6. cap. 3. th. 2* scilicet *I. Scutum* seu campum, cui insignia inhærent. II. Emblemata, h. figuras atque colores scuto adhærentes III. Galeam. IV. Clinodia, ornatus causa Galeis adjecta; & V. Sustentacula, quæ insigne sustinent ac fulciunt.

Thes. IV.

Solent cutem Imperatores hodie jus donandæ in galea coronæ sibi fere solis reservare, nec Comitibus Palatinis concedere, quemadmodum verba diplomatis Cæsarei refert-

fert Draco *c. l. th. 4.* Doch sol genanter D. S. sein fleissig auffsehen haben / Daß er in Krafft dieser unser Kayserlichen Freyheit und Gnade unsern Käyserlichen und Königlichen Adler / auch anderer Fürsten / Grafen oder Freyherren / alterblich Wappen und Kleinodt / auch iemands / wer der were / eine oder mehr Königlichen Kronen / auf dem Helm nicht verleihe / welches wir uns hiermit vorbehalten haben wolten.

Thes. V.

Imperium nostrum Romano Germanicum gerit *Aquilam*, eamque *Bicipitem.* Hanc, inquit Becman *d. notit. dignitat. diss. 6. th. 4.* Prisci Romanorum Reges amavere, posteri in Republica libera amplexi sunt & secuti, tandem Imperatores ad nostram usque ætatem propagarunt Ratio videtur in Aquilæ robore, magnitudine corporis, volatu sublimi ac celeri, acrimonia visus, prudentia præterea & animi magnitudine quærenda esse, ut veluti Aquila istis, sic Romani similibus donis eminere censendi sint. Eandem posteri Bicipitem voluere, seu potius duas Aquilas expansis alis sibi dorsa jungentes, forte in designationem Bicipitis Imperii Orientalis & Uccidentalis Alii tamen existimant, aquila, Imperii insigne licet sub uno corpore quod capita habeat, fissam tamen esse aquilæ imaginem a *Caroli. M.* Germanorum & *Nicephori* Græcorum Impp. conventione, vid. Limn. *l. 4. c. 4. n. 10.*

Thes. VI.

Thes. VI.

Regis Romanorum insignia non bicipitis, sed simplicis ac consvetæ aquilæ figura efformata unt. Cum enim Rex Romanorum Imperatorem superiorem agnoscat, est quod Rex electus in insignibus & sigillis aquillam simplicem dextro saltem capite prominentem, Imperator vero coronatam picipitem gerat. Limnæ. *lib. 3. 4. n. 8*

Thes. VII.

Electorum Ecclesiasticorum insignia variant. Primi s. *Moguntini* est *Rota* ex *dispositione Willegisi*, Primi Electoris Moguntinensis dispositione. Hic einim cum ex patre Rhedario ex pago Saxoniæ Schöningen esset, multis locis sibi rotam depictam conditionis suæ memor modestissime proposuit cum hac inscriptione: *Willegis*, *Willegis*, *recole*, *unde veneris*. Archiepiscopi Treverensis insigne est *crux rubea aureo in vellere*. Electoris Coloni insigne est *crux* respectu Archiepiscopatus. Secularium Electorum insignia sunt: Regis *Bohemiæ aquila fusca s. nigra*, quam Fridericus I. in leonem fulvum bifurcatæ caudæ in clypeo albi coloris mutavit, & in signum Archipincernatus ungui dextro calicem quoque aureum imposuit. Gold. *d. Regn. Bohem. lib. 3. c. 4.* Electoris *Bavariæ* insignia sunt *pomum aureum in orbis forma* Electoris *Saxoniæ duo gladii stricti vel decussatim compositi.* Unde Albin. inquit: Der

Chur-Sachsen Wapen ist eine Fahn / so oben schwartz und unten weiß', darinnen zwey rothe Schwerter überschrencket. Elector *Palatinus* iisdem gaudet partibus cum Domo *Bavarica* ratione Electoratus in Instrumento Pacis Westphal. Ognabrug. Ipsi restituti. De reliquorum Ducum Principum Comitum ac Dominorum, insignibus scutis, coloribus, figuris, galeis et aliis ad hanc rem spectantibus cum opus Dn. D. Spenerus editurus sit, plura tum percipi poterunt.

Thes. VIII.

Ornamenta honorifica, ejusmodi sunt *vestitus honoris ergo concessus*, *Torques*, *Armilla*, *Annuli*, *Inaures*, *Cingula* idque genus alia quod attinet, conciliandæ venerationi Magnatibus opus est splendidioribus ornamentis; siquidem vulgus magnorum operum non alios capaces putat, quam quos eximia specie donatos videt. D. Becman *d. l. cap. 1. th. 11.* iuxta proverbium: *Hunc homines decorant, quem vestimenta decorant.* De Ludovico XI. Galliarum Rege, Cominæ: *lib. 2. n. scribit: Ludovicus brevibus utebatur vestimentis, & adeo neglectis, ut nihil supra Pileum gestabat diversum ab aliis, & huic affixa erat imogo plumbea. Hanc tenuitatem ridebant Hispani, & persimoniæ tribuebant.* Imo non ipsum solum Princeps, sed etiam ipsius ministros decet, in Principis honoremo rnatiores incedere, non sicuti alii inferioris ordinis homines Perez. *ad tit. C. d. vestit. holoser.*

Thes.

Thes. IX.

Acta Comitiorum testantur, Maximilianum I. singulis Principum ordinibus certum & distinctum vestitum anno 1594. præscripsisse, eosque illo usos fuisse. Ein Hertzoglich Kleid war ein rother atlaser Mantel, durch ab, bis auf den Fuß, zu einer Seiten offen, mit Lassatz unterfuttert und oben daran ein übergelegt Goller von Lassatz, biß auf die Achsel: und unter demselben Mäntel ein rother Rock nach gefallen, der auch an der Seiten, da der Mantel offen, geziert nach Belieben. Item, auf dem Haupt ein rother atlaser Hertzog Hut mit Lassatz überstülpet, einen zweren Hand breidt. Der Landgrafen Kleid war ein brauner Damascaner Mantel, durchaus bis auf den Fuß zu einer seiten offen, gefüttert von grauen Fehe, und mit einer umgelegten Goller von grauen Fehe, biß auf die Achsel: Der Hut von braunen Damast, forn mit einen fehen Aufschlag, wie die mardern Hauben gemeiniglich getragen werden. Der Marggrafe Kleidung war ein brauner Damascaner Mantel in die länge, wie ietzt gesagt, mit Bundwerck, Fehewannen genant, gefuttert, mit einen Goller oder Uberschlag desselbigen Bundtwercks bis auf die Achsel: den Hut auch von brauner Damast, dessen Uberschlag fein von Bundwerck. Der Ertzbischofliche Habit war ein langer Mantel von Rosen farben, von beiden Seiten offen, mit lassatz gefüttert und einer Kap-

pen auf der Achsel, alsdenn dergleichen Prälaten zu tragen pflegen, und die zugehören auch mit lassatz gefüttert. Die Bischoffe, so Fürstlich Land und Leute: als Bamberg, Würtzburg ꝛc. trugen lange braune Röcke mit grauen Fehe gefuttert, und eine Kappe um den Halß, auch mit grauen Fehe gefuttert. Die gemeine Bischöffe trugen braune Röcke von Bundwerck oder Fehewannen gefuttert, wie auch die Kappen Limnæ. *ad lib. 4. jur. publ. c. 7. n. 23.* Electorum Ecclesiasticorum vestitus in solenni curia est toga ex panno coccineo rubro, pellibus ex albo & nigro variegatis, quas heomelinas vocant, suffulta & prætexta: pileus quoque ejusdem coloris panno pellibusque variegatis prætextus. Electorum secularium vestitus in solenni curia est paludamentum holosericum rubrum, pellibus heomelinis suffultum & prætextum, pileusque ejusdem materiæ, coloris ac prætexturæ. D. Struve *d. eo quod justum est circa vestit. civium.* Reliquorum ordinumquis vestitus sit positus ipsa Reformatio politica Imperii *d. anno 1577. tit. 3. & seqq.* sigillatim enarrat.

Thes. X.

Quænam vestis *Comitibus* & *Baronibus* prohibita sit, vid. *Reform. Polit. d. anno 1577. tit. 13.* Uxoribus tamen Comitum & Baronum conceditur vestibus suis aureas argen-

argenteas paragaudas adjungere indegra tamen vestis ipsis interdicta *d. Reform. polit. d. l.* Inter *Nobiles* destinguitur, an sint Nobiles tantum, an simul equites. Illis certa sericorum vestimentorum genera interdicta *Ref. polit. tit. 11.* uxoribus tamen eorum laxior potestas conceditur, daß sie mögen vier seidene Röcke machen lassen, einen von Sammet, die übrigen deren von damast oder dergleichen seiden Röcke, Nobiles vero qui equites sunt, splendidiori vestitu ut untur, & etiam thorace aureo ipsis uti licet.

Thes. XI.

Doctores in vestium determinatione eodem gradu constituuntur, ut eorum melior sit conditio, quam Nobilium, qui Equites non sunt, quod patet ex Recess. d. anno 1500. rubr. von Ubermäßigkeit der Kleider, ubi disponitur: Die von Adel, so Ritter oder Doctores sind, sollen kein Goldenstück tragen, doch sol es ihnen zu Wämbsern zu tragen unverbothen seyn, Reform. Polit. tit. von Doctoren. Desgleichen sollen und mögen die Doctores und ihre Weiber, auch Kleider, Geschmuck und Ketten, güldene Ringe und anders ihrem Stande und Freyheit gemäß, tragen. *Licentiati* quoque Doctorum privilegiis gaudent, Ordinat. Regiment. d. anno 1500. rubr. wie zwantzig Personen in das Regiment genommen sind in fin. ubi dicitur: Die andern sechs Personen, die von Ritterschafft, Doctoren oder Licentiaten &c.

Thes. XII.

Leges sumtuariæ in Germania nostra, in qua luxus valde invaluit, necessariæ sunt. A serico perventum est ad aureas & argenteas vestes; ab his ad texta serica, quæ margaritæ & varii operis lapilli implent per suos coloris distributi. Quid cateneas dicam & gemmea cingula, & adamantinas fibulas, & bina ternaque patrimonia mulierum auribus pententia? Digna Principibus imo necessaria cura foret, providere, ne dites familiæ, aut claritudine insignes studio magnificentiæ prolabantur. Sed opinor ex aliorum inopia securitatem sibiconciliari persvasum esse principibus ait Forstner. *ad liq. 3. Annal. Tacit. p. 495.* add. Lansii *oratio pro Germania.*

SECTIO VI.

DE

OFFICIIS HONORIS CAUSA DEFERENDIS ET PRÆSTANDIS

Thes. I.

Officia (prout hæc vocula notat munus) sæpius magis honoris quam proventuum causa conceduntur & peraguntur. Solent auten in delatione ejusmodi officiorum honorificorum quandoque attendi *bene merita Majorum* quandoque *familiæ*, quibus non auferendi sunt honores. De comitum veterum liberis atestatur

Capi-

Capitulum Caroli Calvi apud Mireum *in annal. belg.* anno 877. hunc in modum: *Si Comes de regno obierit, cujus filius nobiscum, filius noster ordinet de his, qui eidem Comiti plus familiares, propinquiores fuerunt, qui cum ministerialibus ipsius Comitatus & cum Episcopo, in cujus parochia fuerit ipse Comitatus, ipsum comitatum praevideant, sive regant, usque dum nobis renuncietur, ut filium illius, qui nobiscum erit, de honoribus illius honoremus.*

Thes. II.

Ac hodienum honorificia officia deferri iis, quorum prædecessores de republica bene meriti sunt, ex actis Circulorum imprimis patescit; prout in Duce s. Præfecto Circuli des Krayß-Obristen talis reflexus haberi solet. Exempli loco Potentissimum Saxoniæ Electoris in Circulo Saxoniæ Superioris, qui anno 1658. tanquam paternæ virtutis hæres ab ordinibus fuit electus, D. Præses *in Schediasm. d. Conventib. Circulorum cap. 4. n. 11.* adducit.

Thes. III.

Sunt præterea in Germanico Imperio officia honorifica, quæ certis personis ac familiis conceduntur. Sic ELECTORES S. R. IMPERII in Curia solenni officia quædam honoris causa præstant atque Imperatori exhibent. Olim ista non erant hæreditaria certisve familiis connexa, sed am-

ambulatoria. D. Conring. *differt. d. officialib. Imp. Rom. Germ. th.12.* Notabilis locus eſt apud Witichindum *lib.2. Annal. ſub init.* ubiis Ottonis Magni Inaugurationem coronationemque ac dehinc ſolenne convivium deſcribit. *Divina deinde*, ait, *laude dicta ſacrificioque ſoleniter celebrato deſcendebat Rex ad palatium, ac accedens ad menſam marmoream regio apparatis ornatam reſedit cum pontificibus & omni populo: Duces vero miniſtrabant: Lotbariorum Dux, Giſelbertus, ad cujus poteſtatem locus ille pertinebat, omnia procurabat: Eberbardus menſæ praerat; Hevimannus Franco Pincernis Arnulphus equeſtri Ordini & eligendis locandisque, caſtris praerat &c.* Ac memorabilis eſt deſcriptio ſolennitatis Paſchalis ab Ottone III. in Quedlinburg celebrata e veteri hiſtoria Ditmari Mersburgenſis. *lib 4. Chron.* cujus hæc ſunt verba: *Quatuor miniſtrabant Duces: Henricus* (Bavariæ Dux) *ad menſam: Conratus* Franoniæ) *ad Cameram, Hecil* (Pdlatinus) *ad Cellarium, Bernbardus* (Saxoniæ) *equis praefuit.* Poſtmodum officia iſthæc hereditaria ef. fecta ſunt, & quantum ex Arnoldi Lubecenſis *lib 3. c. 9* conſtat, factum id eſt a Friderico Barbaroſſa, regiæ Dignitatis Majeſtatisque Imperatoriæ ſtutioſiſſimo, qui devicto Duce Henrico Leone alia ad Imperii honorem pertinentia reduxit, ut hæc quoque officia revocaſſe in uſum videatur, D. Conring. *c. l. th. 14.*

Theſ. IV

Thes. IV.

Officia Electorum *Ecclesiasticorum* in tali curia sunt hæc, ut, quotquot adsunt, sigilla & typaria imperialia sive regalia in solenni processione super argenteo baculo suspensa gerant, & ante Imperatorem vel Regem Romanorum in mensam ponant; quæ tamen ipsis Rex seu Imperator statim reddit, & ei in cujus Archi-Cancellariatu aula celebratur, majus sigillum collo appendit, quod ad finem cœnæ & usque dum in hospitium suum rediit, portare debet D. Gothofr. a Jena *de election. Imper. diss.* 5. Ingresso Imperatore vel Rege Roman. ad mensam Electores Ecclesiastici benedictionem tam ante mensam, quam in gratiis post cibum acceptum agendis dicere jubentur servato ordine in Aur. Bulla *cap.* 23. præscripto. Et ut se invicem honore condigno & decenti præveniant, & exemplum aliis præbeant invicem honorandi, is, quem circa præmissa ordo tetigerit ad hæc, alterum conniventia & caritativa inclinatione invitet, tunc demum ad præmissa procedat, seu quodlibet (*in d. c.* 23.) præmissorum.

Thes. V.

Quam primum Imperator vel Rex Rom. solium præparatum ascendit; Electores *Seculares* sua peragunt officia. Et quidem primo loco in *Aur. B. tit.* 27. ELECTOR

SAXONIÆ nominatur, non quidem ratione dignitatis, sed quia commode ante cæteros Collegas officium suum peragit. Est autem officium Ejus, ceu *Archimarschalli*, avenam distribuere, nempe ut equo cui insidet in acervum avenæ ad pectus usque adacto, in manu habeat baculum argenteum & mensuram argenteam, simul duodecim marcas argenti in pondere facientes, ac mensuram avena plenam primitus venienti famulo ministret, ac postea baculum in avenam figens recedat. Tumque ipsius *Vice-Marschallus de Pappenheim*, aut eo absente, Marschallus Curiæ avenam illam distristribuere debet. Rummelin. *ad A. B. p. 3. diss. 5.* Schutz. *d. vicariat. concl. 24. lit. a.* Carpzov. *ad L. Reg. Germ. c. 11. sect. 6. num. 28.* Secundo loco in A. B. venit Elector BRANDENBURGICUS, estque ARCHICAMERARIUS, & in processionibus Imperialibus sceptrum præfert. Ejus subofficialis est Comes principali dignitate præfulgens, Gefürsteter Graf von Hohenzollern, Is equo intrat culinam, indeque malluvium argenteum cum gutturnio portat in curiam, idque ab equo descendens ad lavandum Imperatori seu Regi Rom. præbet: tenent reliqui Seculares mantile. Subofficiarius malluvium & gutturnium sibi cum equo habet. Petr. d. Andlo *lib. 2. d. Imp. Rom. c. 15.* Quando vero Elector Brandeburgensis ipse præsens non est, an tunc Legati Ejus vel hæreditarius Imperii vice Camerarius sceptrum Regi electo praeferre debeat, lege ea, quæ an. 1655. in

in coronatione Ferdinandi IV. Brandeburgenses protestando Imperatori & Directorio Moguntino exhibuerunt, apud Limnæum *tom. 5. addit. ad lib. 3. cap. 7. n. 74.* Tertio loco in aurea bulla ponitur *Elector Palatinus*, verum cum dignitas Electoralis anno 1623. *Friderico V.* Palatino ademta cum omnibus annexis juribus in *Maximilianum Bavarum* translata, eademque in *Instrumento Pacis art. 4.* confirmata, & Octavus Electoratus institutus esset, controversia orta est, num *Archi-Dapiferatus* officium Palatino esset ereptum, quæ peculiari quadam transactione sopita, atque hoc officium Bavaro a Palatino cessum est. vid. *Theatr. Europæ. ad annum 1651.* Autor der wohlgegründeten Abfestigung der Chur-Baierischen freuen Anzeige wegen des Vicariats pag. 50. Est itaque hodie *Bavarus Archi-Dapifer*, cujus officium est, ut ipse equo intrans, & quatuor scutellas, (quarum quælibet habet tres marcas argenti) cibis impletas manibus tenens, ac ab equo descendens, ante Imperatorem vel Reg. Rom. in mensam ponere debeat. Ubi eum expectat Vice-Marschallus, & cum baculo præit. In solennibus processionibus pomum imperiale gestat. Ejus Vicarius est Comes de Zeil, qui patinas argenteas cum equo similiter sibi vendicat. Elector PALATINUS est *Archi Thesaurarius* in processione solenni gestat *coronam*, inque solennibus conventibus projectionis pecuniæ facit initium. Ejus Vicarius

eſt Comes de Sinzendorff. In actu coronationis Regis Romanorum, *Ferdinandi IV.* Elector Palatinus equitans, una cum Vicariis ſuis hæreditariis, auream & argenteam monentam projecit Anno 1658. d. 1. Aug. in *Leopoldi* Imper. inauguratione idem fecit, uti relatione conſtat: Chur Pfaltz ohngefehr 10. oder 12. Schritt von der Römer Thür, unter das Volck reitend, und das erſte Geld auswerffend, begab ſich hernach bald wieder auf den Römer Saal: Gleich hernach præſentirten ſich beyde Herrn Grafen von Sintzendorff, als Erb-Schatzmeiſter, und wurffen in den Schrancken herum biß wieder zum Römer, das übrige Geld unter das Volck, immittelſt die Trompeten ſich hören lieſſen. REX BOHEMIÆ Imperii *Archipincerna* Ejusque Vicarius eſt *Comes de Limpurg. A. B. tit. 27.* Archipincernæ officium eſt, Imperatori vel Regi Rom. primum poculum vino & aqua permixtim impletum porrigere, non tamen redimitum corona regali, ſi nolit vid. Conſtit. Ruperti I. d. anno 1330. ap. Goldaſt. *tom. 2. Conſtit. Imperial. fol. 92.* cur autem vinum Imperatori proponendum aqua diluatur vid. Limn. 3. *Jur. Publ. c. 8. n. 8. & ſeqq.*

Theſ. VI.

Circa hæcce officia honoris cauſa peragenda animadvertendum venit: Electores *intra*. Vicarios ſeu Subofficiarios *extra* curiam equos, conſcendere, Spreng. *Jur. publ.*

publ. l. 1. cap. 29. nec non in casu absentiæ Vicariorum seu subofficialium quotidianos Imperatoriæ Majestatis ministros ad officia hæcce admitti, eaque expedire Schutz. *in Colleg. Jur. publ. disp. 7. th. 25. lit. A.* & quamvis in casu præsentiæ olim lis fuerit inter præmemoratos Subofficiales & Aulæ Cæsareæ Ministros: vid. *discurs.* Besold. *d. prærogativa sessionis. num 4.* hodie tamen ea in Capitulationem Ferdinand. II. *art. 41.* & Ferdinand. III. *art. 48.* decisa est, ne aliter quam certis in casibus Officiales Imperatoris in Hereditariorum subofficialium vices substituantur: scilicet casu, quo Imperator Curiam imperialem celebrat, auf Reichs / Wahl oder andern dergleichen Tägen, da die Erb-Aempter zugebrauchen sind. Quid, si *quis horum Vicariorum mittat Legatum, an hic, an ordinarius Curiæ imperialis minister officium gerere, seutumque ferre debebit?* Respond. quoniam hujus officii functio personalissima est certæque familiæ jure Majoratus per A. B. est concessa, per Legatum vel substitutum expediri nequit *l. 68. l. 169. ff. d. R. J. Q. An in casu absentiæ Electoris alicujus Legatus, an vero ad subofficialem pertineat talis officii administratio?* Pro Subofficialibus facit observantia: vid. Schutz. *in Colleg. d. stat. Rei Roman. Disp. 7. th. 25. lit. a.* Limn. *lib. 3. jur. publ. cap. 7. n. 77.*

Thes. VII.

Considerantes solennitatem convivii Imperialis ac circa illud præstanda officia, memorandum adjicimus: *Comites*

mites fercula solere ferre, uti in relatione coronationis Leopoldinæ legimus, daß damals durch funfzig Grafen die Speise aufgetragen worden.

Thes. VIII.

Electores R. G. Imperii officia quædam EPISCOPO BAMBERGENSI præstant, quæ tamen non illa sunt, quæ per prædictos Subofficiales seu Vicarios, in Imperiali curia ista munera peragi possunt, sed ratione Bambergensium bonorum, quæ ab Electoribus nonnullis in feuda recognoscuntur, peculiares sunt Vicarii, unde ex non distinctis hisce feudis error communis natus est, quod Quatuor illi Imperii Officiales s. Electores ad similia illis, quæ Imperatori debent, officia Episcopo Bambergensi per Subofficiarios præstanda adstricti sint, quasi Officia illa Electorum jam antea nominata ab Episcopo Bambergensi recognoscantur. d. Conring. *d. officialib. Imper. th. 26.* D. Strauch. *dissert. exoter. 3. num. 12.* Recognoscit autem REX BOHEMIAE ab Episcopo Bambergensi Pragam, Bohemiæ metropolin tanquam feudum, Goldast. *d. Bohem. lib. 3.* Ejus Vicarius & Pincerna est Nobilis de Aufsatz. ELECTOR SAXONIAE anno 1623. d. 19. Octobr. ab Episcopo Bamberg. investitus est mit dem Ober-Marschall-Amt des Keyserl. Stiffts Bamberg, und dessen Zugehörungen / Wittenberg, Schloß und Statt, Mühlberg / Schloß und Statt / beyde an der Elbe gelegen /

Tü-

Tüben dem Schloß, und deren Dörffern, Berstad, Alsendorff, Weisigk und Gabgast mit allen und ieglichen Zugehörungen, nichts ausgenommen, wie denn solche Stücke den Churfürsten von Sachsen, von des Bischoffs Vorfahren am Stifft, geliehen worden, Limnæ. *ad lib. 3. c. 7.* Ejus Marschallus est Nobilis de Ebner. ELECTOR BRANDENBVRGENSIS investitus ab Episcopo Bambergensi mit dem Obrist Cammer-Amte des Stiffts Bamberg, mit allen seinen zugehörigen Stücken und Lehn. Ejus Camerarius est Nobilis de Rotenhan. Limnæ. *ad Capitulat. Caroli V. Imp.* Carpz. *disp. feud. 10. qu. 1.* ELECTOR PALATINVS ab eodem Episcopo in feudum tenet castrum Hohenstein, advocatiam bonorum, & hominum oppidi Hersbruck, Ullseck, Aurpach, Pägenz, Velden, quis ejus Vicarius hodie sit, nobis non liquet. ELECTORIS BAVARI Dapifer est Nobilis de Pommersfeld.

Thes. IX.

Reliquis Principibus familiare fuit & adhuc frequens est, Officiales hereditarios suorum Principatuum, Ducatuum aut Comitatuum constituere. Sic Ecclesia MOGVNTINA officiales habuit *Archimarschallum*, Landgravium Hassiæ, *Vice-Marschallos*, Equites ab Heussenstein; *Archidapiferum*, Comitem Veldenzium, *Dapiferum*, ex familia Equitum Brömserorum a Rudesheim; *Archipincer-*

cernam e ſanguine Comitum Spanheimiorum, uti ominatur Gabriel Bucelin. *in Sacra German. Pincernam* Equitum a Cronberg, *Archi-Camerarum* Comitem a Stolberg, Camerarium ex equitibus familiæ Ruedt a Colenberg.

Theſ. X.

ABBAS CORBEJENSIS in Weſtphalia quatuor habet officiales prædicto nomine inſignitos, inter quos eſt Dux Brunſvicenſis & Luneburgenſis. Sic habet relatio Johannis Lezneri *in Chronic. de reb. geſtis Ludovici pii & fundatione Abbatiæ Corbej. cap. 18.* Der Abt dieſes Kayſerl. freyen Stiffts hält an ſelben Tage zur Veſper, wie auch des folgenden Tages, beydes zur Meß und zur Veſper mit den Seinen eine ſonderliche Proceßion, doch ferner nicht, als im Creutzgange und in der Kirchen. In welcher dem Abt der Elteſte Fürſt zu Braunſchweig oder Wen derſelbe darzu deputiret, und vollmächtiglich verordnet, einen ſilbern zierlichen Stab, als des Stiffts Advocatus und Edler Voigt vortragen, wie auch der Elteſter aus dem alten Adelichen Geſchlechte der Stockhauſen, als des Stiffts Ertzmarſchall, einen höltzern Stab vortragen muß. Von alters hat der Elteſter von der Malßburg, als des Stifft Corbey Erbſchenck, auf dieſe Zeit dem Abt dienen müſſen. Er aber der Abt und Herr ſelbſt trägt in dieſer proceſſion den güldenen Stab, in ſeinem zierlichen Habit und Ornat, als

als das einen solchen Prälaten und Gliedmaß des Reichs gebühret. Der Edler Advocatus und Erbvoigt, nemlich der Fürst zu Braunschweig und Lüneburg, muß von wegen des Amptes, und der Graffschafft Dassel, den 14. Junii einen Hirsch gen Corbey in die Küche, und auch den 21. Junii einen lieffern und verschaffen, welches also von alters her gehalten worden ist.

Thes. XI.

Hactenus de officiis honorificis, quatenus vox ea denotat munus, videatur supra *th. 1.* Prout autem benivolam vel gratia plenam comprehendit exhibitionem, reticenda non est, sed instar omnium memoranda maxime CAROLI V. gloriosi illius bellis ac victoriis Imperatoris clementia, quam in deferendo honore exhibuit ministro suo. Scilicet laudatissimus ille Imperator aliquando Vlissingæ ventos navigationis expectans in multam noctem cum Georgio Sigismundo Seldio locutus, familia omni sive dormiente, sive alibi divagante, & nemine ad tinnuli æris signum apparente, ipse (*Carolus*) Doctori *Seldio* quantumvis recusanti lychnum prætulit, eumque per gradus deduxit: *Hoc monimentum*, inquiens, *Cæsaris illius Caroli habeto, Seldi, exercitibus, ac copiis quondam stipati, quem nunc solum a familia etiam desertum video, & cui tot annos serviisti, is tibi nunc servit ac lychnum præfert.* Chyræus *in orat. funebr. Carol. V. p. 3. lib. 7. c. 14.*

I SECTIO

lib. 6. c. 159. Eadem ſolennitate Electoralium & Ducalium Saxonicorum feudorum inveſtituram Viennæ *d. 13.* Auguſti anno 1621. peractam refert Carpzov. *ad L. Regiam. cap. 10. ſect. 9.* Conum tamen iſtum Electorem Moguntinum anno 1654. capulo quidem aliquantisper in manu retento non fuiſſe deoſculatum, ex relatione ſibi facta meminit Limnæ. *d. jur. pub. tom. 5.* Apud nonnullos Germaniæ Principes in uſu eſſe, ut Vaſallos in actu Inveſtituræ oſculentur refert D. Præſes *d. oſc. ſanct. cap. 5.* Sic Reverendiſſimum Archiepiſcopatus Magdeburgenſis Adminiſtratorem Illuſtriſſimum Comitem in Mansfeld paucis adhinc annis juxta morem curiæ iſtius feudalis vaſalli pedem ſiniſtrum ejus dextro tangentem dextraque collum manu complectentem oſculo inveſtiviſſe refert ibidem.

Theſ. II.

Poſt fata ſeu mortem alicujus honoris cauſa quædam fieri ſolent. Sicuti monumenta honoris & memoriæ cauſa extruuntur, uti ſunt Epitaphia, lapides ſepulcrales: Vexillorum affixio & ſtatuarum erectio, quæ ſimpliciter non improbantur vid. *Genes. 35. vers. 20. 2. Samuel. 18. v. 18. Marc. 15. vers. pen.* præſertim ſi modico uſu ab Illuſtribus, Nobilibus aliisque honoratioribus perſonis in memoriam & honorem defunctorum adhibeantur; etiam ſi in ipſis

SECTIO VIII. ET ULTIMA
DE
ACTIONIBUS ET JUDICE IN CAUSIS HONORUM.

Thes. I.

Actiones pro causa honoris competentes in judicio proponendæ possunt esse *præjudiciales*, vel *actio injuriarum*, quod nemo debeat ferre contemptum debiti honoris *arg. l. 1. in pr. &* §. *6. ff. d. postuland.* vel actio *confessoria & negatoria* utilis, v. g. in materia insignium Höping. *d. insign. c. 14. n. 2.* Nolden *de stat. nobil. c. 19.* formulam libelli lege ap. Crusium *tr. d. jur. præemin.* Competunt etiam interdicta tam *retinendæ* quam *recuperandæ* possessionis, item interdictum *uti possidetis* propter *l. 3.* §. *9. ff. uti possidet.* de modo libellandi vid. Limn. *tom. 4. in addit. lib. 5. c. 12.*

Thes. II.

Quando de præcedentia sessioneque statuum Imperii controvertitur, Judex competens est Imperator, præsertim si in Comitiis agitentur; quales controversiæ multum officere solent publicis deliberationibus; Stamler. *d. reserv. Imp. Rom. Germ.* §. *40.* Ubi monstrat istas controversias non esse decidendas ex antiquitate familiarum

ſuperiorem, quisnam erit judex: Reſpond. Gladius. Illud teſtatur ſanguinolentum bellum inter Reges Sveciæ & Poloniæ, quod anno 1658. maxima ex parte ortum obſervabatur. Placet tamen diſtinctio D. Martini Profeſſ. Chilonienſis *in diſſert. d. proœdria Reg. German. th. 39.* Aut litem hanc movent principes hactenus ita pares, ut utri prorogativa hæc debeatur merito poſſis adhuc dubitare? quo caſu videtur omnino dicendum, motum inter tales ob ſolam hanc προεδρίαν bellum a parte primi lædentis fore injuſtum, propter defectum ſcilicet cauſæ materialis, quæ minus hic eſt, aut videtur ſaltem ſufficiens. Adde quod nullum plane, inter Chriſtianos præſertim, juſtum poſſit dici bellum, niſi quod inevitabili neceſſitate (qualis hic quidem nulla poteſt fingi) ſic jubente ſuſcipiendum. Quod ſi vero aut jure meliore ſubnixo, aut in prærogativæ hujus poſſeſſione vel conſtituto Principi alius per vim jus ſuum vellet eripere, quoque minus illo libere utatur, prohibere præſumeret, annon juſtam arma expediendi cauſam daturus eſſet læſo, non ita multum dubito: quod tum minus quidem dubitationis habet, quando injuria aut contumelia inſuper acceſſit. Plane quemadmodum privato, ob ereptam turbatamve poſſeſſionem, ſua non deſunt quibus experiatur, remedia, quæcunque tandem illa ſint; Ita Regibus & Principibus, quique illis par jus obtinent, bello (ſi juri quidem ſuo ſtricte velint inhærere) uti non eſt prohibitum, cum quot actionum forenſium ſint fontes, totidem ſint quoque belli, & ubi judicia deficiunt, incipiat bellum, ceu docet Grotius *lib. 2. d. jur. bell. & pac. c. 2. §. adde* quod iniquitas partis adverſæ juſta bella ingerat, uti loquitur Auguſtinus *in lib. d. civitat. Dei*

lib.

lib. 4. c. 4. Num vero in causa bonoris Duellum sit licitum. Q.? Negatur. Rationes solide adductas vid. in differtat. D. Præsidis *de Philautia cap. 5. th. 3.* Concessa tamen est potestas utendi moderamine inculpatæ tutelæ vid. Chassanæ *part. 1. consid. 2.* Cœterum de honore & honoris defensione vid. consil. Ludolphi Schraderi *part. 1. consil. 4. n. 212.*

ADDITAMENTUM.

I.

Imperatores vanitati Græcorum, quorum unusquisque fere officium aliquod sive nomen officialis affectabat, gratificaturi, ambitiosos imaginariis dignitatum honorariarum umbris potius, quam reali functionum ac administrationum officii concessione afficiendos existimarunt. Has vero qui tenent, honorarii sive imaginarii appellantur & describuntur *in lib. 9. C. d. metat. l. 11. tit. 41.* quod sint quibus citra cingulum dignitas pro solo honore delata est. Nullum enim honorarii cingulum gestabant, cum nullo antegesto administrationis merito consecuti sint, sed solo codicillorum Principis beneficio ornentur *l. 1. C. Th. qui a preb. tiron.* Ausonius eos describit:

Muneris expertes, nomine participes.

II.

De Consiliariis, quibus consiliarii nomen honoris

effectu, uti tradit Don. Mastrill. *lib. 4. d. Magistrat. c. 10.* Gallia ejusmodi honorariarum dignitatum exemplis abundat, teste Charl. Loyseau *en son traitte des Ordres & simples Dignitezau chap. 11.* Limn *jur. publ. tom. 4. ad lib. 7. c. 1. n. 47.* huc refer Episcopos nonnullos, qui nomen ducunt ab Episcopatibus, quos infideles & Ethnici detinent.

III.

Tutores quidam *Honorarii* appellantur; quod nimirum ob honorem *l. 15. §. 9. ff. d. excus. tut.* vel honoris causa *l. 26. §. 1 d. tutel. testam. l. 60. §. 2. ff. d. rit. nupt.* sine administrationis onere constituantur. Hi tamen vere & proprie dicti tutores sunt, ac proinde ad eos tutelæ periculum pertinet. Ita Anton. Faber *in jurispr. papinian. tit. d. tutor. princ. 1. illation.* dicit: Et *ideo non est dubitandum, quin tutores honorarii vere tutores sint, hoc ipso quod honorarii sunt, nec consequenter mirandum, quod diximus, ad eos cum vere tutores sint, tutela periculum pertinere.* Officium horum tutorum honorariorum in tribus hisce potissimum consistit. I. in diligenti & assidua administrationis in spectione 2. In fideli & sollicita admonitione 3. in suspecti postulatione. Administratio od eorum officium non pertinet; nec ipsimet honorarii tutores administrare & gerere obligantur, quippe qui ad hoc ut gerant constituti non sunt *l. 14. §. 1. d. solut.* D. Lauterbach. *dissert. d. tutor. honorar. th. 24.*

